locato ⁊. l. mora. sed tūc non in. act. petunt sed officio
iudi. vt ff de vsur. mora § bonefidei. ⁊. ff. locat. l. vsure.
5 Item ⁊ ex pacto incōtinēti appositoᵇ debent in bone
b fidei ꝯctibus vel iur. act. vt ff. de pac. inter emp. ⁊ ven
di. con. l. initio ⁊ cōpetit tunc vel act. ex eo ꝯc n iuxta.
quē apponat vel act pres. vbis vt. ā. de pac. inter em
pto. ⁊ ven. cū. l ij. sed ex nudo pacto ꝙ nō sit incōnenti
appositū vel in bonefidei ꝯctibus nō debent vsure iu
re act. sed excep. tñ vt ibi dꝫ ⁊ ita in casu nostre sed si
fuisset cōtractus bonefidei puta emptio ⁊ vendi ⁊ si
miles si fiscus successisset emptoribꝰ qui essent in mo
ra soluēdi precij: sicut ipse emptor teneret ad vsuras
ex mora. ita ⁊ fiscus tenebit in hac. l. quia successor ad
onera defuncti tenet. vt. ā. ad. l. iul. de vi. l tutores. ⁊ si
nudū pactū tñ esset appositūꝫ de vsuris ꝑstādis ⁊ nō
esset appositū iuxta ꝯctum ⁊ pignꝰ datū esset. fiscus
successisset debitori posset pignꝰ retineri quousq; vsu
6 re soluerent de hac l † ꝙ aūt dixi tam stricti iur. ꝯcti
bus ꝙ bonefidei posset retineri pignus ꝙdiu soluant
vsure in nudo pacto ꝓmisse verum est si obligatio pi
gnoris legitime facta sit: secus eñ esset si vitiosa esset
pignorationis obligatio. vt qꝛ mulier vel qꝛ minor rē
suam pro alio obligasset vel aliter vitiosa esset pigno
rationis obligatio: qꝛ tunc nec retineri pignus pōt si
soluitur ꝫ arg. ff. de pig. forma. qꝛ tunc ⁊ pignus ⁊. l.
7 cum vitiose. Itē † vel secus est qñ vsure sunt ꝯ formā
l. qꝛ tunc vel pignus non pōt pro eis retineri ⁊ ipsa pi
gnoris datio nō teneret. vt. ff. de pig acti sol § si in sor
tem in si. potest adt fines huiꝰ. l. aliter intelligi vt hoc
sit sensus ꝙ fiscus successit aliter debitori q debebat
vsuras ⁊ dedit pignus si ꝑ sorte ⁊ ꝑ vsuris: ꝙ fiscus
tenebit etiā ad illas vsuras: sicut tenebat defunctus
ꝙ est veruꝫ siue dicte vsure debeant ex pacto vt est in
ꝯctu stricti iur. in quo nō debent nisi vel p stipulatio
nē vel p pactū siue debeant dicte vsure ex mora vt est
in cōtractu bonefidei in quo ex sola mora debent i di
cere siue ex cōtractu stricti iur. siue ex ꝯctu bonefidei
debeant dicte vsure fiscus qui priuato debitori succes
sit tenebit ad vsuras soluendas ⁊. h. d. ⁊ ꝑm hoc ita ex
pone literā si sub pignore ⁊ expone vt ꝫ. vsq; ibi vsu
ras prestare dꝫ idest fiscus tenebit ad vsuras istas. ſ.
vsuras prestari. i. deberi ⁊ solui saltim pacto placuit.
vt esset in ꝯctu stricti iuris in quo non debent vsure.
nisi per stipulationē ꝓmisse sunt quo casu in act. petū
tur. vt. ꝫ de vsuris ꝙuis. vel nisi p pactū debeant quo
casu p retentionē tantū creditori cōsulat vt. ꝫ de vsu
ris p retentionēꝫ subaudi vt si per solam moram eas

ⁿ ¶ Usure ad de. d bar. so si ſ ꝯ ſ. cir. c. iiij. inci. pro facto in fa dor. ver. sed ad h rñdet in ij. parte.

ᵇ ¶ Apposito adde do. bar. sor. in ꝯſ. cxxiiij. vſ sed ad h rñdetur in ij parte.

debendi placuerit. s. sicut est in contractu bonefidei in quo ex mora sola debent usure. vt. s. de usur. l. in bonefidei et. s. de pactis inter empto. et ven. cō. l. initio. ar. si dicat siue ex bonefidei contractu stricti iuris debeant vsure fisc⁹ debitori succedēs ad eas soluēdas tenebit sicut et ipse debitor tenebat et ex hoc. l. voluerūt quidā colligere ar. p vsurarijs siue feneratorib⁹ qui mutuāt pecuniā sub pignorib⁹ vt faciūt florentini q morant bonon. in curia sancti ambrosij. vt eo ipso q hūt pignora et scripserūt in libro suo q talis dz eis tantam pecuniā sub tali pignore et sub talib⁹ vsuris q possint retinere pignora q̄diu sors et vsura soluta sit eis. nec pnt ab eis pignora vēdicari quasi scriptura illa sit loco cuiusdē pacti facti sup h̄ sed nō dicūt bn̄ qz hoc nō colligit ex. l. ista imo sicut supra dixi. l. ista itelligit qn̄ creditū siue mutuū contractū fuit solēniter et pignus solēniter obligatum nā si vitiose esset nō valeret obligatio nec posset pign⁹ retineri. p l. ff. de pig. actio. l. cū vitiosa. sed talis obligatio q̄ fit feneratoribus ex scriptura q̄ inde fit nō est solēnis imo vitiosa cū nō fiat corā testibus. nec interueniat ibi aliq pactū solēne. Itē illa scriptura q̄ ipsi faciūt in libro suo nō vz. nā z priuata scriptura est domesticū instrm. cui nō habet fides nā exemplo perniciosum est. vt eius scripture credat qua qs annotatione ppria ɔstituit debitorē. vt. s. de pbatio. l. exēplo. et. l. rōnes. et ppterea nulla est rō p̄dictor. et dicere pignus talib⁹ feneratorib⁹ obligatū posse ab eis vendicari nisi aliter obligant cōstaret ēt nisi statutū seu consuetudo eos iuuaret. vn̄ vides q dicti feneratores tenēt pignora abscōsa nec ea ondūt nisi prioris solutū sit tā de sorte q̄ de vsu. et hz fisc⁹ in hac. l. ius cōe vt sicut in q̄libet priua. hec obtinet q dicit ista. l. ita et l fis.

Summarium.

1 Usura cētesima q̄ dicat et qn̄ possit deduci i stipulationē. et vsq ad q̄ q̄titatē pmissū sit vsuras stipul.
2 Fisc⁹ in exigēdo vsuras a debitorib⁹ dz vti iure priuatiō maiores exigere non pōt q̄ quilibet priuatus.
3 Fiscus succedēs alicui priuato qui habebat debitorē qn̄ incipiat vti priuilegijs suis ɔtra illuz debitorem.

Fiscum. Lex ista facit mentionē de quadaz. l. que est supiu de vsur. l. eos in qua cōtinet q qbusdaz persō. puta illustribus vel pcedētibus eos pmissum est stipulari triētes vsuras et nō maiores i vsque
1 ad tertiā partē centesime vsure. et nō vltra † est em centesima vsura illa q̄ equiparat sorti in anno puta. xx. denari. de qualibet lib omni mense. et tertia eius sunt sex denarij et tertia alior duor denariorū est due partes alteri⁹ duorum denariorum vt hec legunt. d. l. eos § j. illis aūt presunt ergasterijs i stationibus hoc est dicere mercationib⁹ licitū est stipulari vsuras besses s. vsq ad duas ptes centesime vsure. puta xiij denarij de libra et tertiā ptem alteri⁹ denarij d lib. ol mēse. vt. d. l. eos §. illis vero in transactionibus aūt contractibus et in quibusdā alijs casib⁹ licitū est stipulari centesimā vsuraz i. xx. denarios in mēse d lib. vt. d. l. eos. § in trāsactiōe et ibi. no. oībus aūt alijs hominib⁹ cōiter licitū est stipulari dimidiā centesime. i x. dena. de libra in mense q̄ vsure vocant semisses. vt d. l. eos. §. ceteros. vn̄ versus dn̄s illustris stipulari posse trientes. Sed mercatores pnt sibi q̄rere besses Querere semisses pnt cōiter oēs In trāsactiōe sumit cētesima vires. Dubitabat nū quid fiscus illā legez debeat seruare. et nunqd cōes ac maiores vsuras posset stipulari q̄ dubitationē hz. l. in qua ponit ita casus. fisco debet pecunia ab aliquo sub vsuris. vt qz mutuauit ipse pecunias. et stipulatus est vsuras. vel qz fiscus successit alicui qui mutuauerat pecuniam et stipulatus erat vsuras. querit quātas vsuras fiscus possit exigere. Imperator rīdet hac. l. dicēs q fiscus nedū priuatus dz obseruare. l. istā predictā s. de vsur. eos qui. et inter eos qui cōes vsuras pnt petere dz cōputari. et ideo siue ex sua stipulatione siue ex stipulatione eius cui fiscus successit debeat fisco pecunia semisses vsuras. i. mediā centesime. hoc est. x. dena. de libra poterit omni mēse a suis debitorib⁹ exigere et nō vltra. et. h. d. ¶ Literā sic expono fiscus ēt q. d. non tm̄ priuatus. vestrū patentē. i. obedire cautioni. i. cōi cōstitutioni que est. s. de vsu. l. eos Dicitur autem sanctio multis modis. vt no. ff. in prohemio in prin nostri numinis. i deitatis. et loquit imperator. Alia litera dicit nostri nominis nam illa. l. eos est iustiniani. iubemus. loquit imperator per quā s. sanctionem accipe q est. j. permisim⁹ creditorib⁹ stipulari vsur ad dimidiaz centesime certis psonis vt ipse fiscus. repete iubemus fiscū parere nostre sanctioni. ita. s. vt ipse etiā et c. vltra dimidiā centesimā partem s. que vocat vsura semissis. hic decem dena. de libra omni mense debitoribus suis s. siue ex cōtractu fisci debitores sint. siue ex successionibus. vt. j. subijcit minime exigit. vel si maiores stipulat⁹ esset. siue pncipis ei. s. fisco pmiserunt dicti ēptores siue ex ea priorib⁹ suis creditorib⁹. s. dictor debitor actiōes ad eū. s. fiscū quocūq mō. s. p institutionē hr̄dū vel pp delictū vel qz sine ascensu vel ɔdescēsu et collateralib⁹. decessit vsq ad. x. gradū. vt aliq̄ alio mō qui multi sunt et ponunt ff. de iu. fis. l. j. deuolute sunt i. transmiserūt siue puenerūt decē actiōes.
2 ¶ † Habemus ḡ in. l. ista q si fisco debeatur pecunia sub vsure siue ex suo contractu siue ex alterius contractu cui ipse successit: q ipse fiscus sicut et q libet puat⁹ cōes siue semisses vsuras dz a suis debitorib⁹ exigere: et nō vltra. Ad q facit. s. de vsur. l. eos. § ceteros Vn̄ colligim⁹ ex hac l. q fiscus vtitur iure cōi. vt. s. l. pri. et. j. l. q est ɔ illos qui semp dāt. speciale est in fisco: nā nō est verū. vt. s. no. de iu. fis. l. j Quod aūt dixi fisco deberi semisses vsuras siue ex sua siue ex p̄decessorū suor stipulatione ei debebat: ita intelligo si ex sua stipulatiōe ei debebat: et ipse fit stipulat⁹ semisses debebunt. si aūt ex p̄decessor nostrorū stipulatione debebant vsure tunc ēt si minores fuerint illi stipulatj simplr tm̄ nō debebūt fisco q successit semisses vsure et in hoc hz priuilegiū vt ff de vsuris l. cū quidā § si debitores. sz eo casu tūc demū incipiēt currere ille vsure q̄ sunt maiores q̄ defunctus esset stipulatus q̄ vocantur fiscales et ab inde in antea eas exiget ex quo fiscus vel ei⁹ pcu. pposuit hoc debitū siue retulerit inter noīa debitorū fiscaliū vt. ff. d.
3 iur. fis. l fiscus. Itē et † alia priuilegia q̄ hz fiscus in bonis debitorum suor puta hypotheca: vt preferat alijs creditoribus vel anterioribus tpe: et similia priuilegia que hz fiscus que vocant. s. de priuil. fisci in summa illius tit. et tetigi. s. de iur. fis. l. j. exercebit fiscus sīr tūc demū cū inter noīa debitoruz fiscaliū nomē illi⁹ debitoris retulit. vt d. l. ff de iu. fis. l fiscus. tn̄ et hz in hac. l. fiscus ius cōe. s. qz semisses vsuras tm̄ exigit a suis debitoribus nō maiores in eo vero q subaudit ad hāc. l. q lz defunctus cui fisc⁹ successerat minores fuisset stipulatus ipse fiscus tn̄ postquam ad eum peruenerit nomē debitoris poterit exigere semisses habet ius speciale. Odof.

¶ De sententijs aduersus fiscum latis. Rubri.

¶ Ista rubrica cōtinuat ad precedētes sicut et alie supiores rubrice continuantur: nā. s. de iure fis. in gn̄e ab illo ti. vsq ad hoc locut⁹ est in specie de quibusdā iuribus specialibus que fiscus hz. Et hic titu. sīr loquit in spē. s. de iure speciali siue priuilegio quo vtitur fiscus ɔ sniaz aduersus se latā vn̄ merito post pcedētes ti. ponit hec Rubri.

Summarium.

1 Causa quid sit.
2 Snīa lata contra fiscum retractatur per instr̄a de nouo reperta. secus in priuato dr et nu. 4. vbi tradit intra q tp̄s retractat et nu. 7.
3 Preuaricatio quid sit et quis preuaricator.
5 Restitutio in integrū siue a minore leso siue a fisco in casu huius. l. petat oīsō iudicis petenda est idē si petat a maiorib⁹. xxv. in casibus a. l permiss o: et a quocunq restituendo.
6 Ecclesia restituitur officio iudicis implorato.
Idem in milite ibidem.
Idem in re publica: et que pprie dicatur respub. ibidem.
8 Dispositio huius. l. in pm̄ pcedit etiam in ecclesie et pupillo.
9 Fiscus restituit aduersus sniam ɔ se latā pp instr̄a de nouo reperta: secus dicendum in priuato quid autē si iuramentū litis decisorium precesserit sententiam latam contra priuatum. 11.
10 Snīa latā ɔ fiscū absente aduocato fiscali nō vz et nu. 11. et. 15.
12 Snīa lata ɔ fiscū pp aduocati puaricationē vel fraudē iudicis. aut aduersarij pōt retractari ēt pōt triēniū. idē dicas l lata ɔ priuatum.
14 Snīa lata ɔ fiscum an qn̄ qualiter et intra que tp̄a retractatur et qn̄ ipso iure nulla sit latis dist.
16 Sententia retractata in casibus de quibus in hac. l. an ex eisdē actis et eadem contestatione cognoscatur iterum de causa.
17 Sententia lata gratia vel ambitione iudicijs procurator vel aduocati fisci an prius sit agendū contra iudicem aduocatū vel procuratorem antequam petatur rescindi sententia.

Causas in quibus. Lex ista intelligitur communiter et habet duas partes. Prima pars loquitur de sententia retractanda rōne instrumentorum postea repertorum que non fuerint in causa producta Secunda pars loquitur de sententia retractanda propter preuaricationem aduocati fisci: vel propter fraudem iudicis vel aduersarij. Potest etiam intelligi quod habeat vnuz dictum tantū: scilicet de sententia retractanda

cianda propter fraudē iudicis vel aduersarij vł ppter preuaricatio-
nem aduocati fisci vel procura. fisci ſm ꝙ inferius declarabo. Et ſm
ꝙ hꝫ duas partes ponitur in ea ſic casus. Fiscus habebat quandam
cām ſiue litē cuꝫ aliquo nō produxit instr̄m quoddā ꝙ faciebat pro
eo in dicta cā: qꝛ forte nō potuit illud inuenire: vñ quia omisit illud
producere iudicatū fuit cōtra fiscū in dicta causa: fiscus inuenit post-
ea illud instr̄m. petit ꝙ retractetur snīa vt ſic possit vti dicto instr̄o:
querit nunquid ſit audiendus. ⁊. ſ. quātum tp̄s. Ad ꝙ respondet im
perator dicens ꝙ cause in quib⁹ cōtra fiscum iudicatum est possunt
infra trienniū retractari. ſ. propter instrumenta nouiter repta: postea
restaurabuntur petita restitutione in integrū p fiscū iudicis officio:
⁊ hec est prima pars huius. l. Scđa pars est ponamus ꝙ in aliqua cā
fuit iudicatū cōtra fiscum propter preuaricationē aduocati vel pro-
curatoris fisci qui diuersam partem adiuuabat prodendo cām fisci:
vel iudicatū fuit contra fiscū propter fraudē iudicis vel aduersarij:
petit fiscus talem snīam retractari nunquid ſit audiendus queritur
⁊ infra quantum tp̄s. R̄ndet imperator ꝙ ſi p̄uaricatio vel manifesta
fraus probet ꝙ bene reuocabitur dicta snīa ⁊ nedū infra triennium.
sed ⁊ postea. ſ. aliqñ vſqꝫ ad quadrienniū. ⁊ aliqñ in perpetuū ⁊ aliqñ
per restōnes in integr. aliqñ ipso iure. put super ista declarabo. ⁊ h. d.
¶ Concor. ad primam partem. l. ff. de re iudi. imperatoris. ⁊ ad scđam
partē. l. facit. ꝫ. de pena iudicis qui male iudi. l. ꝯstituit. ⁊ ff. ad treb. ser
uo. §. cum pretor. ⁊. ꝫ. de temp. in integ. resti. l. ſi. Lectam aūt ſic expono.
1 † Causas. large ponitur vt cōprehendat oēm qōnem ꝗ fiscus ha-
a beat lꝫ alibi dicat causa. ſ. ciuilis vel criminalis. vt. ꝫ. de trāſ. l. causas
vel dic ꝙ de ciuili tñ loquit. in quib⁹. ſ. causis. ꝫ fiscum iudicatū est. ſ.
qꝛ non pbauit plene in cā. vt qꝛ omisit pducere instr̄m pro ſe faciens
qꝛ forte non potuit tunc inuenire infra trienniū. ſ. tm̄ ⁊ nō vltra. ſ. ꝙ
trienniū dicā debere incohari causas restōnis q̄ super hac retracta-
tione petit ⁊ finitur. arg. ꝫ. de tēp. in integ. resti. l. ſi ⁊ tam statim. ſ. dicā
plenius. retractari. ſ. iteruꝫ vel retro tractari vt ſic possit dicto instr̄o
vti fiscus. ⁊ iterū de cā cognosci. ⁊ ſic addicamus in v̄bo retractet. ff.
sol. mat. quēadmodum dos pe. Sic ⁊ dicimus in v̄bo reddendi. ff. de
ver. ſig. l. verbi reddēdi. ⁊ dic retractari. ſ. petita in integr. rest. p offiñ
2 iudicis. vt. ff. de re iud. l. imperatores. † que retractatio hic petebat pro
pter instr̄a q̄ postea fuerūt reperta ꝙ iure spāli conceditur hec in fisco
vſqꝫ ad trienniū vt hic ⁊ d. l. imperatores secus aūt esset in p̄uato. naꝫ
sub p̄textu instr̄orum postea repertorū nō retractat snīa ꝫ p̄uatuꝫ
data. vt. ꝫ. de re iu. l. sub spē. ſicut nec transactio. vt. ꝫ. de trāſ. l. sub p̄te
xtu. posse. ſ. notū ꝙ est in ſi. l. vbi incipit cōstitutio. notū est cās in qui
bus iudicatū est ꝫ fiscum posse retractari in irritum ⁊c. ⁊ post ad tp̄s.
Hic incipit scđa ps huius. l. ⁊ accipe adhuc notū est ꝙ est in ſi. ⁊ repe
te retractari posse ⁊ dic notum est cās in quib⁹ ꝯtra fiscū iudicatum
est non posse retractari post id tp̄s. niſi p̄uaricatio arguat vel mani
festa fraus pbetur. ⁊ ꝙ dicit. post idem tp̄s dic. ſ. post trienniū. ⁊ sub-
audi. ſ. vſqꝫ ad quadrienniū die snīe cōputande qñ ambitione vel gra
tia fuisset iudex corruptus. ⁊ propter hoc iudicasset cōtra fiscū ⁊ tūc
per in integ. rest. retractaret. d. snīa. vt. ff. ad treb. seruo. §. cuꝫ p̄tor. vel
dic post id tp̄s subaudiri. ſ. in ppetuū puta qñ p̄cio iudex vł aduoca
tus vł pcurator fisci corrupt⁹ fuit ⁊ pp h̄ iudicatū est ꝫ fiscū nā tunc
in ppetuū tñ audit fisc⁹ ⁊ ipso iure absqꝫ alia restōne. vt hic. ⁊. ꝫ. de
pena iudi. q male iudi. l. ꝯstituit ⁊ idē i p̄uato illo casu. vt. d. l. cōstit. ⁊
3 ꝫ. d aduo. diuer. iudi. l. j. Si p̄uaricatio. ſ. aduocati fisc † nā p̄uaricator
b di⁹ q̄ſi varicator ꝙ obtinet in aduocato q diuersaꝫ ptē adiuuat pdi
ta pte sua ⁊ cū vna pte ē corpe cū alia aīo vt. ff. d his q̄ no. infa. l. athe
letas. §. p̄uaricator. ⁊ talis p̄uaricatio nō dꝫ nocere ei cui⁹ cā agit. vt
hic ⁊. ꝫ. de aduo. diuer. iud. l. j. arguat. ſ. argute dicat ⁊ ꝯuincat. vł ma
nifesta fraus. ſ. iudicis corā quo agebat cā vel aduersariū ēt cuꝫ quo
agebat fisc⁹ talis eñ fraus nō dꝫ nocere illi pti ꝫ q̄ cōmissa est. vt. ff.
de iu. fiſ impe. Et ad hoc facit. ff. de iud. ſi p̄tor §. marcellus pbat. ab
eo. ſ. q dicit fraudē ꝯmissam. Nā qui dolū dicit dolū pbare dꝫ. vt. ꝫ.
4 de dolo. l. dolū notum est. ſ. a ſapiētibus. ¶ Habem⁹ ḡ in. l. ista ꝙ † ſi
in aliqua cā iudicatū fuerit ꝯtra fiscū pp instr̄a nouiter repta. vel qꝛ
instr̄is fisc⁹ nō est vſus ꝙ pōt fiscus officio iud. resti petere ⁊ snīaꝫ re
tractari facere. ſ. triēniū. ꝙ est spāle in fisco. Si aūt pp p̄uaricationeꝫ
aduocati vel pcu. fisci vel pp fraudē iudicis vel aduersarij fisci pnun
ciatū ſit ꝫ fiscū tūc ēt post triēniū retractabit snīa vel ipso iure vł re
sti. ſꝫ diuersas opiniones ⁊ retractabit tūc vſqꝫ ad q̄drienniū vł in
perpetuū vt. j. dicet. vñ colligimus. ex. l. ista plura no. ⁊ statī ex prima
5 pte legis colligim⁹ ꝙ † fiscus qñ lesus ē petit resti. in integ. offō iudi-
cis. vt hic ⁊ idē est ī minorib⁹ xxv. an. nā minores qñ lesi sunt resti. in
integ. petūt offō iudicis. vt. ff. de mino. l. ꝙ ſi minor. § ſi. ⁊ idē est ēt in
maiorib⁹ xxv. an. in illis casib⁹ in qb⁹ pnt restitui qui ponunt. ff. ex q.
cau. ma. l. j. ⁊ p totū ⁊ tangit in. c. ti. l. ab hostib⁹. §. ſꝫ ꝙ ſimplr. ⁊. ꝫ. ex
quib⁹ cau ma. l. ſi in illis casib⁹ officio iudi. petāt resti vt. d. l. impera.
6 † ⁊ idē est in ecclesia ⁊ in pupillo⁹. ſ. ꝙ qñ lesi sunt officio iudicis pe-
c tunt restitutionē. vt d. l. impera. ff. de re iud. l. sub p̄textu ⁊ idē in mili
te. vt qñ pp absentiā militie lesus est restituat iudicis offō. vt. ꝫ de re
ſti. mili. ꝙ tpe. ⁊ idē in re publica. vt. ꝫ. de in integ. rest. l. respub. lꝫ idē
videat dici fisc⁹ ꝙ respublica sed pprie respu. dr romanorū. aliarum

ciuitatū dr impropie respu. vt. ff. de ver. ſig. eū qui nec a
fiscus aūt dr ipsa imperij vł imperio camera nō patri
monialis principis. vt no. ꝫ. de iur. fiſ. in ipsa rub Idē
in alijs restit. ſ. ꝙ petant ex officio iudicis que plures
sunt quas studiosus lector p ſe poterit inuenire. ⁊ ita
in hoc oēs restitutiōes parificantur. ſ. ꝙ iudicis offi
cio peti dr. Sed in alijs est dria inter istas restōnes.
Nā hec restō que conceditur hic fisco dat. j. trienniū. vt
7 in. l. ista in pri. † sed in alijs restōnibus sec⁹ est. nā re- b
d stitu. q̄ datur ēt maiorib⁹ ex clausula gnāli que po
nitur ff. de quib. causis ma. l. j. ⁊ per totū. ⁊ illa que dat
minorib⁹ post cōpletā minorē etatē dat vſqꝫ ad qua-
drienniū vt in prealle. l. ff. ⁊. C. ex qui. cau ma per totū.
⁊ ita dicā in alijs restitutionib⁹ que multe sunt. vt di c
xi. ꝫ. vt vſqꝫ ad quadriēniū dent niſi ſit restitutio fisci
vel ſimiliū personarū que fisco equiparant vt ecclesia ⁊
pupill⁹. equiparant eñ fisco ecclesia ⁊ pupill⁹ † Adeo
vt ea omnia que in p̄ma pte huius. l. dicunt seruari in
fisco eadē seruent in ecclesia ⁊ pupillo. vt. ff. de re. iu. l.
imperat ⁊ no. ꝫ. de trāſac. sub pretextu per. l. in aut. de
nō alie. l. ſi min⁹ ⁊. j. de iure reipu. l. rēpublicā. Itē vo-
lūt quidā dicere ꝙ hec retractatio q̄ hic fit in snīa cō
tra fiscum lata fit p actionē in factū ad ꝙ. C. mādati. l.
ſi hoiem. ⁊. ꝫ. de exe. rei iud. l. cū de hoc ſꝫ mihi nō pla d
cet. Parificant aūt etiā ⁊ in alio iste restōnes nā ſicut
restōnes p̄dicte q̄ dant minorib⁹ ⁊ maiorib⁹ post mi-
e norē etatē ⁊ fisibus durāt vſqꝫ ad quadrienniū ⁊. j. il-
lud quadriēniū nꝫ cā in integ. rest. incohari ⁊ finiri. vt
ꝫ. de temp. in integ. l. ſi. ita dicā in hac restōne q̄ durat
vſqꝫ ad triēniū tm̄. in hac. l. ſ. ꝙ. j. illū terminū incoha-
ri debeat cā ⁊ finiri arg. dicte. l. ꝫ. d tēpo. in integ. l. ſi. cū
eadē ſit in ista restōne rō q̄ in alia. nā ambe sunt ꝫ ius
cōe ⁊ vbi est eadē rō idē ius statui dꝫ. vt. ff. ad. l. aquil.
9 l. illud ⁊ de ver. ob. l. a titio. ¶ † Colligim⁹ ⁊ aliud no.
ex p̄ma pte hu⁹. l. ſ. ꝙ fisc⁹ pp instr̄a postea repta re-
stituit ꝫ snīaꝫ aduersus ſe lata. qꝛ nō pduxit illa instr̄a
p ſe facientia in cā. Ad ꝙ cōcor. ff. de re iudi. l. imperat. e
in. ſi. l. ꝙ est spāle in fisco. vt hic. ꝙ sec⁹ est in priuato. nā
priuat⁹ pp instr̄a postea repta non restituit aduersus
snīam ꝫ ſe latā. nec retractat ppterea snīa. vt in. d. l. im-
pera in p̄n. ⁊. ꝫ. de re iu. sub spē ⁊ ita est illud spāle qđ
hꝫ fisc⁹ in snīa ꝫ ſe lata. ſ. vt restituat ꝫ eā sub p̄textu
instr̄orꝫ postea reptorꝫ. Habet aūt fiscus ⁊ aliud spā-
10 le in snīa ꝫ ſe lata † qꝛ ſi ferat snīa ꝫ fiscū absēte aduo-
cato ei⁹ nō vꝫ snīa ipso iure. vt. ff. de iur. fiſ. l. nō intelli
gitur § diuus adrian⁹ ꝙ est verū ſiue in cā liberali fi-
scus succūbat puta petēdo aliquē in seruitutē vel ecō
tra qꝛ aliqs possessus a fisco petebat ſe in libertatē et
ſe liberū pnūciari. ſiue in quacūqꝫ alia cā fisc⁹ succum-
bat. vt. ff. de iur. fiſ. l. ſi fisc⁹. ⁊ no in. d. §. diuus adrian⁹.
ꝙ est spāle vt dixi in fisco. nā in p̄uaricatis est ius cōe
in ꝯriū. lꝫ eñ snīa ferat ꝫ p̄uatū absēte aduocato ei⁹
tñ non retractat snīa pp hoc. vt. ꝫ. de postu. l. velamē-
to. ¶ Sed ad id ꝙ dixi esse spāle in fisco. vt p̄textu in-
strumēti postea nouiter repti retractetur snīa instat.
11 ⁊ vr̄ nō esse specialem fisco. † qꝛ idē inuenio in p̄uatis
ſ. ꝙ p̄textu instrumentorꝫ postea repertorū snīa cōtra
f priuatū lata retractat⁹ vt. ff. de iureiu. admonēdi. Ad
cui⁹ ꝯrij dissolutio. ita breuiter est dicēdū. Refert enim
an iuramētū delatū a iudice pti ⁊ p̄stitū p ꝙ iuramē-
tū ferat snīa ⁊ iuramentū a pte parti ſiue iudice dela-
tuꝫ ⁊ prestitū pp ꝙ iuramentū sequat snīa. primo ca-
ſu. ſ. qñ a iudice delatū est iuramentū pti ⁊ iurauit ps
⁊ ſm iuramentū lata est snīa. naꝫ ꝫ aduersarius ꝫ quē
pnunciat poterit petere retractari snīam ⁊ iuramen-
tum p̄textu instrumentorū postea repertorū. ⁊ hoc est f
propter odium iurantis. nam tali casu de ipsius pe-
iurio docebitur. Videt enim iudicem ⁊ aduersarium
decepisse. ⁊ ita loquit lex ꝯria in p̄n. ⁊ tūc est idē in pri-
uato quod in fisco. Secundo autem casu scilicet quan
do a parte parti delatum est iuramentum ⁊ prestituꝫ
⁊ secundum iuramentum iudicatum non retractatur
sententia tunc pretextu instrumentorum postea re-
pertorum: quia non videtur hoc casu iurans iudicem
decepisse sed partem tantuꝫ qui detulit iuramentum
vt dicta. l. admonendi in ſin. ⁊ hoc casu habet locum
quod hic dicimus: scilicet quod ſit speciale in fisco.
quod contrarium obtinet in priuatis. et ita predi-
ctum speciale fisci non est indistincte. verum. Sed
12 tamen premissa distinctione. ¶ † In secunda parte

¶ Qōnem. adđ iaſ. ma l. l. postquā ꝫ. d pac. nu. xxij. ꝙ cā p iure in iudiciū deducta assumitur.

¶ Dr̄. qui aūt dicat ⁊ q̄ pena puniat. vid ſe. ſ ru. d calū.

¶ In pupillo. in qbus autē casib⁹ dat restitutio pupillo vid dñꝫ bar. ſoꝫ l ꝯſ. clxij. vñ ij. mo neo: cir. ſi. l ij parte.

¶ Maiori b⁹ qb⁹ autē hec restō cō cedat ⁊ qñ. vid. d. alex. de imo. ſ cō ſi. xx. in vlti. col. ⁊ in ꝯſ. lxxj. ſ. ij. co. in. j. pte. ⁊ in ꝯſ. clxvj. in v. col. in. ij. parte.

¶ Ad quadriēniū. nū gd aūt tp̄s restōnis in inte petēde ſit vtile vel ꝯtinuū ⁊ qñ currere incipiat. vid. d. alex. d imo. ꝯſ. lxxj ſ vlti. co ⁊ ſ ꝯſ. xciiij. in iij. col. ſ. j. pte ⁊ ſ ꝯſ. lxxix. in. v. col. ⁊ ſ cōſ. clxvj. in vi. col. in. ij. pte ⁊ in cōſ. j. l. vj. col. ⁊ ſ cōſ. lxiiij in vj. col. l. iiij. pte. ⁊ infra q̄tū tp̄s peti possit. vide p eū ſ cō ſi. xxij. in. ſij. col. ſ. ij. pte.

¶ Retractat. adđ ꝙ retractari pōt ēt snīa ſi p̄a nō excipit. h̄ reiu di. sed assumit dispu tationē me ram super iustitia sen tentie. Ita ſel. in. c. inter cetera. i iij. col. circa

medii. l vers. v. declaratio. et in c. inter monasterium. in princ. viij. co. ver. limita. primo de re iu.

a ¶ Lata. In quibus aut casibus quis appellare possit et in quibus non vide Lanfr. l repe. c. quoniam contra de proba. in versi. hic tractabimus. l xxij. co. post me. in vers. quero in quibus casi. xx. seq.

batus l. colligimus quod sententia lata contra fiscum propter preuaricationem aduocati vel procuratoris sui vel propter fraudem iudicis coram quo causa agitur vel aduersarij cum quo fiscus agebat poterit retractari non tantum infra triennium. sed etiam post triennium si predicta arguentur vel manifeste probentur vt hac. l. et idem est etiam in priuato vt. s. de pena iudi. qui male iu. l. constitu. et. s. de aduo. diuer. iud. l. j. Sed qualiter retractatur ista sententia et infra quantum tempus. Item quando sententia contra fiscum lata erit firma vt non retractetur quod hic dicit quod retractatur propter instrumenta postea reperta. et ad idem. ff. de re iud. l. ipa. Item dicit quod retractatur propter preuaricationem aduocati vel procur. fisci vel propter fraudem iudicio vel aduersarij et ad idem. ff. de iud. si pretor. § marcellus et alibi

13 bi dicit† quod propter absentiam aduocati fisci non valet ipso iure sententia contra fiscum lata. vt. ff. de iure fisci non intelligitur. § diuus adrianus. quando non valebit tamen quando omnia solenniter facta erunt. Sed quando aliqua defecerunt tunc retractatur. et siquidem preuaricatio interuenit aduocati vel pcur. fisci vel fraus iudicis vel aduersarij si fuit ibi corruptio pecunie propter quod predicta passi sunt contra fiscum sententias dari. vel ipse iudex dedit. tunc ipso iure non valet sententia et imperpetuum auditur fiscus. vt. d. l. consuetit. Sed si per gratiam vel ambitionem predicta interuenerit tunc retractatur sententia petita restitu. propter omissum iudicis vsque ad quadriennium a die sententie recuperande et non vltra. vt. s. de temp. in inte resti. l fi. Et circa hanc materiam vt plene liqueat ar

14 ticulus iste subijcienda est hec ista distinctio: † cum agitur aliqua causa fis. et iudicatur in ea contra fiscum: aut interuenit aduocatus et pcurator fisci: et vsus fiscus est omni iure suo: et omni suo instro et omnia rite facta fuerunt que in causa fiscali requiruntur: aut dicte solennitates omisse fuerunt omnes: aut aliqua ex dictis solennitatibus interuenerunt et aliqua fuerunt omisse. Si in causa fiscali in qua pronunciatum est contra fiscum interuenit pcurator et aduocatus fisci: et vsus est fiscus omni suo iure et omne suum instrum produxit et non interuenit preuaricatio aduocati vel pcuratoris fisci: nec interuenit fraus iudicis vel aduersarij: et nec iudex iudicauit contra l. expressam sed secundum legem et omnia que in causa fiscali requiruntur facta fuerunt valet sententia contra fiscum lata: sed poterit appellare fiscus iure communi. vt. ff. de ap. l illud sciendum est neque et sicut et quibus appellare potest iure communi a

a sententia contra se lata. vt. s. de ap. l. et in minoribus. Si autem omnes dicte solennitates omisse fuerunt: tunc non valet sententia contra fiscum lata ipso iure: vt in hac. l in fi. nam si per aliquas omissas non valet vt tamen stat l dicam: multo fortius propter omnes ar. a maiori. Si autem aliqua ex d solennitatibus interuenerint aliqua omisse fuerint non valet sententia etiam si vna sola deficiat: sed aliquando ipso iure aliquando per restitutionem in integrum: requiruntur n dicte solennitates non vt aliqua sed vt vniuerse: et ideo etiam si vna deficiat vitiatur quod fit: sic et alias. ff de fideius. grece. § illud et. j. de predijs cu. sine decreto: non alie. l. j. et ij et no. s. de fi. instr. et iore. aste fis. l. j. et quid si deficiat illa solennitas quod fiscus non est vsus iure suo nec produxit instrumenta per se facientia et lata est sententia contra eum sententia illa retractatur impetrata l integ. rest. per totum officium iudicis. vt hac. l. et in j parte eius. ff. de re iud. l. ipatorum. et retractatur infra triennium. vt in hac. l. quod est speciale in fisco nam contrarium obtinet in priuatis vt. d. l. ipatores. in prin. et ad hoc. s. de transac. l. sub pretextu. et. j. illud triennium inchoari debebit causa et finiri vt. s. dixi. et ad hoc est ar. s. de temp. in integ. rest. l. fi. Si autem deficiat illa sola solennitas. s. quod pcurator fisci vel aduocatus eius non habeant in causa bonam fidem imo preuaricatur. vel quia iudex coram quo causa fisci agitur vel aduersarius cum quo fiscus agit fraudem committunt. et propter hoc fertur sententia contra fiscum et hoc faciunt isti per gratias vel per ambitionem non per pretium hoc casu valet sententia ab initio sed retractatur per l integ. rest. post triennium vt in. ij. parte huius l. s. ad quadriennium tamen a tempore late sententie computandum. vt. ff. ad treb. § ao. §. cum pretor et. s. de temp. in integ. rest. l. fi. quod est commune in omnibus restitutionibus istis vt vsque ad quadriennium decurrit. vt. s. dixi. j. quod quadriennium debebit causa inchoari et finiri. vt. s. de temp. in integ. rest. l. fi. et ita fiscus sicut et priuatus tali modo lesus restituetur contra tales sententias. vt hoc. s. d. l. fuo. § cum pretor. Si autem deficiat solennitas illa que requiritur puta vt pcurator fisci et aduocatus fraudem non committat sed per pretium aduocatus et pcurator iudex et aduersarius eos corrumpit. et lata est sententia contra fiscum. tunc sententia non valet et ipso iure imperpetuum sine temporis prefinitione vt hic cum dicit post triennium et. s. de pena iudi. qui male iud. commiserit et hoc est ius commune

15 tam in priuato quam in fis. vt. s. de aduo. diuer. iu. l j. Si autem† deficiat illa solennitas que requiritur s quod aduocatus vel pcur. fisci non fuit presens in causa fisci et lata est sententia contra fiscum. tunc non valet sententia ipso iure quod est verum siue in causa liberali quam agebat fiscus puta petendo aliquem in seruitute qui se pro libero gerebat pronuncietur contra fiscum siue in causa liberali in qua fiscus conuenirebat. puta aliquis possessus a fisco proclamabat in libertatem pronuncietur contra fiscum siue in qualibet alia causa pronuncietur contra fiscum absente eius aduocato nam semper non valet ipso iure sententia. vt. ff. de iure fisci non intelligitur. §. diuus adrianus et ibi no. et in eo. titu. l. si fiscus. quod est speciale in fisco. secus est in priuato si enim contra priuatum feratur sententia non retrahitur pretextu absentie patroni sui. vt supra de postul. l. velamento. Si autem deficiet illa solennitas que requiritur scilicet quod iudex in causa fisci non iudicauit secundum l. imo expresse contra l. tunc ipso iure non valet sententia. vt. ff. de appel. si expressim. et istis casibus quando ipso iure non valet sententia ff. de appe. dico quod imperpetuum non valebit et non poterit cursu temporis confirmari: quia quod ab initio non valet non potest tractu temporis confirmari. vt. ff. de

16 reg. iur. l. quod ab initio ¶ Demum† videndum est in hac. l. dixi retractare sententiam vel ipso iure vel per restitutio. et iterum de causa cognosci nunquid ex eiusdem actio et eadem contestatione fierent predicta an non requiruntur omnia de nouo. Et certe dicendum est quod eiusdem actio eadem contestatione fierent predicta nec opus est noua contestatione. vt. ff. de ap. si expressis. Et de hoc ibi plene no. ¶ Item circa id quod dixi retractari sententias si preuaricatio vel corruptio iudicis vel aduocati vel procuratoris fisci interuenit gratia vel ambitione, nam si pretio non est dubium. quia tunc

17 non valet ipso iure vt dictum est† Sed quando gratia vel ambitione. tunc videndum est nunquid primo fiscus agere debebit contra ipsum aduocatum vel procuratorem vel iudicem et demum in subsidium. i. si non sint soluendo predicti tunc possit petere predictam sententiam retractari an ab ipso initio possit petere retractari. Resp. quod videtur demum in subsidium posse petere retractari ar. s. de iudi. pperandum in fi. Vel potest dici quod ab ipso initio possit fiscus hoc petere etiam antequam agat contra predictos. et etiam si predicti sunt soluendo cum hic dicat indistincte et in fisci priuilegium hoc posse fieri ar. si tutor vel cura. interue. l etiam et. s. de sac. san ec. iubemus. § sane. et § iconomus. et de hoc. ff de re iudi. l. imperatores Et quia etiam lex dicit quod etiam mortuo corruptore et preuaricatore non tamen propter hoc efficitur quo minus agi possit et peti retractari sententiam per corruptionem datam. vt. ff de iure fisci. l eius qui. Et hoc in hac. l. fiscus in prima parte ius singulare aut ius commune secundum quod in superioribus declaraui. ¶ Vltimo dico legem istam posse intelligi quod ponat vnum dictum tamen et ita videtur sonare litera. s. quod iste sit intellectus huius. l. in causa fisci aduocatus vel pcurator eius fuit preuaricatus i. decepit fiscum reuelando secreta cause sue vel aduerse partis et prodendo fiscum et adiuuando aduersam partem. vel aduersarius fisci commisit fraudem in causa puta corrumpendo iudicem. et ita fuit lata sententia contra fiscum Venit modo fiscus. et querit nunquid possit dictam sententiam tali modo contra se latam retractari facere cum dicat se adhuc esse. j. triennium quo dicta sententia lata fuit. Ad quod respondet imperator quod si poterit fiscus petere dictam sententiam retractari et non tantum. j. triennium. sed post ea scilicet vsque ad quadriennium per in integr. resti. quando per ambitionem vel gratiam corruptio interuenit vel ipso iure retractabitur dicta sententia et si imperpetuum et quando per pecuniam fuit corruptio et hoc dicit De eo autem quod instrumenta fuerunt omissa nihil dicit litera licet alia lex hoc dicat, scilicet illa ff de re iudi. l. imperatores. in fi. et ideo non videtur debere hic dici literam secundum hec expone. vt. s. Et ea que in secunda parte. l. s. dixi sunt hec dicenda et non plura Odofre.

¶ De bonis vacantibus et de incorporatione. Rubrica.

¶ Sicut superiores rubrice continuantur ad superiora sic et ista quia de iure speciali in bonis vacantibus apprehendendis ponit sequitur in rubrica. et de incorporatione scilicet bonorum vacantium. i. de iure quod habet fiscus. quod competit fisco vult hic dicere. Habet enim fiscus in bonis vacantibus et eorum apprehensione quedam priuilegia que non habent priuati. et illa dicentur. j. in hoc titu. et ideo ponit ista rubrica de bonis vacantibus post precedentes rubricas. Et quia in apprehensione possessi. bonorum vacantium est necessarium corpus hominis sicut in qualibet rei poss. vt. ff de acquiren. possess l. j. et. iij. circa princip. et. j. eo. l. iij. et. l. fin. ideo subijcit in rubri. et de incorporatione. verum dicit rubrica de incorporatione id est de bonis vacantibus apprehendendis. quam sic expone id est de iure quod habet fiscus in bonis apprehendendis vacantibus. sequitur in rubrica et incorporatione. scilicet bonorum vacantium id est de iure quod ha habet fiscus in corporali possessione bonorum vacantium apprehendenda et in deducendo ipsa bona in patrimonium suum De prima parte rubrice tractatur. j. l. j. et ij. et. l. vacantia. de secunda parte tractatur in. l. iij. et. l. vlti.

Summarium.

1 ☞ Grauitas in bonam et sinistram partem accipi potest.
2 Legitimi heredes illi dicuntur quia iure ciuili vocantur.
3 Dominium bonorum vacantium delatorum fisco an et quando ipso iure sine apprehensione vel

sione vel aditione fisco acquirat. et quando non.
4 Elect⁹ ad aliq̃ dignitatē dꝫ esse honest⁹ et grauis in sensu et morib⁹.
5 Bona decedentis sine legitimo herede deferuntur fisco exclusa ci/uitate vnde oriundus est.
6 Vxor excludit fiscū in successione bonorum mariti.
Curia excludit fiscum in bonis curialis. ibi.
Socius liberalitatis imperialis pfert fisco in rei cōis successione ibi.
Substitutus et coheres excludunt fiscum.
7 Fiscus excludit a personis descriptis in. §. si qs autem non implens in auth. de here. et falci.
8 Ciuitas non succedit moriēti sine herede legitimo, nec delinquenti.
9 Rescriptū in casu huius. l. ad postulationē impetrantis concessum nō vꝫ secus si motu proprio principis.
10 Fisco quanto tempore prescribatur. dist.

Scire debet. Tria dicit hec. l. Primū di/ctū est tale. Sciendū est enim ꝙ offm̄ comitis reruꝫ priuatarū est res fisco delatas apprehendere noīe fisci. vt. j. eo. l. iij. Ponamus ergo ꝙ quidā decessit sine legitimo herede ab intestato. et sine successore aliquo. venit comes rerū priuatarꝫ et voluit bona predicta sic defuncti noīe fisci apprehendere, sm̄ ꝙ offi/cium suū est venit defensor ciuitatis de qua erat ille defunctus. et di/cit ꝙ bona illa ad ciuitatem illam debebant pertinere et nō ad fiscuꝫ qr ciuitas sup hoc habebat rescriptū principis. vnde comes rerum priuatarꝫ quesiuit de hoc a principe quid faciendū esset. Imperator in hac. l. rādet dicens: o comes rerū priuatarū: grauitas tua dꝫ scire ꝙ res et bona intestatorꝫ qui sine legitimo herede moriunt sunt fisci rōnibus vendicāda et non ciuitatib⁹. Scdo dicit si ciuitates dicāt se habere ius vēdicādi bona moriētiū ab intestato sine legitimo hēde vt qr permissione nostra siue rescriptū nostrū de hoc afferāt se habe/re: tu comes priuatarꝫ rerꝫ non audias eos: ꝙ intelligo etiā si verū sit ꝙ habeāt illud rescriptū si est ad postulationē earꝫ cōcessūꝫ. nam nō vꝫ. Si aūt esset pprio motu principis indultuꝫ bene valeret vt di/cam sup lraꝫ. Tertio dicit impator ꝙ amodo si ciuitates aliqua bo/na intestatorꝫ decedentiū sine legitimo herede occupauerīt vl ab eis occupata essent cōpetere o comes rerꝫ priuatarꝫ nō dubites illa bōa ad fiscū nostrū reuocare et si priuilegiorꝫ suorꝫ obtentu hoc fecerint b d. Et cōcordat ad hāc. l. j. e. vacantia ¶ Lraꝫ sic expone. scire de/bes s. ad hoc vt bene possis facere offm̄ tibi cōmissuꝫ: ꝙ offm̄ est res et bona fisco delata noīe fisci apphēdere. vt. j. e. l. in cura priu. grani/tas tua s. o comes rerū priuatarꝫ cui loquit imperator rūdendo ei su/per eo ꝙ dubitat vtrum bona defunctorꝫ ab intestato sine hēde legi/timo pertineant ad fiscū an ad ciuitatē: de qua supra erat ille qui de/functus est. q. d. impator tu comes rerū priuatarꝫ debes esse ita sa/
1 piens ꝙ de predictis dubitare non debes et priu: † hic grauitas in bona parte. s. p honestate et maturitate morꝫ: sic et alibi. ff de offō pre. l. vnica. § his cunabulis. Sed in vulgari hoū. in mala pte sumit: nāꝫ cū dicim⁹ in vulgari: iste est grauis. intelligit i. difficilis et tediosus et insupportabilis ad stādū cū gentib⁹. intestatorꝫ. ꝙ hꝫ cōtingere pluri/bus modis vt insti. de her. que ab intest. defe. in pri. res hoc nomē res gnāle est multa cōprehendit vt hic. vt ff si cer. pe. l. j. in fi. et ff de verb. sig. l. rei verbū qr sine legitimo hēde decesserit. i. sine hēde qui vocet
2 de iure ciuili: † nā illi vocant legitimi heredes qui de iure ciuili vo/cant ad hereditatē. vt. ff de leg. here. l. j. et. C. de le here. l. j. et per totum et subaudi ad lraꝫ similiter et sine honorario. i. pretorio successore vel sine eo qui aliquo alio iure ad ipsa bona admittuntur. q. d. vo/cabit fiscus ad successionē eorꝫ intestatorum q decesserint sine here/de legitimo vel sine honorario successore vel sine aliquo alio iure ad dicta bona pñt admitti. nā siue per ius ciuile siue per ius ptoriū vo/cari possent aliqui ad successionē excluderet fiscus. vt hic et ff. de iur. fis. l. j § omnis pius. Iteꝫ et si aliqua alia via posset aliquis succedere excluderet fiscus sm̄ ꝙ inferius plene dicā fisci rationib⁹. alias virt/bus. als rōnibus. vendicādas s per sei vend. que dño tm̄ oat vt. ff. de
3 rei ven. l. in rē actio † nam dñium pdictarꝫ rerꝫ ipso iure ad fiscū perti/net et sine aditione: vt hic ꝙ est verꝫ si sint bona soluendo. nam als fisc⁹ tūc debebit es alienū ꝙ ex pdictis bonis debebit soluere ꝙ esset absurdū sic intelligit hic et ff. de iu. fis. l. j § an bona et l. nō pñt. et. C. ad l. iul. de vi. l. tutores. et. C. de bonis pres. l si vt proponis et ff sol. ma. si marito. in prin. Vel possimus dicere ꝙ dñiuꝫ dictarū rerꝫ ad fiscum pertinet. s. aditione precedente saltim per pcuratorē fisci vel cesaris. arg. ad hoc. ff de offi. procu. cesaris. l. j in fi. et hoc vr verius. lꝫ glo. hic posita dicat ipso iure tm̄. Sed veri⁹ est aditionē necessariā esse vt di/xi. et tūc hꝫ locū ꝙ dixi queri dñium dictarꝫ rerū si bona sunt soluen/do non als et tunc tenet fiscus es alienum soluere vt predixi per. l. C. allegatā. De possessione aūt dictarꝫ rerū planū est ꝙ nō querit sicut nec aliarꝫ nisi post apprehensionē vt arg. ff. de acqui. pos. l. que vniuer/sas. §. qui p colonū et l. cum herede. et C. vsu. si bonis. et ar. C. de acquir. pos. l. lꝫ et ff. de acq pos. in prin. et ꝙ dubitat. dicit litera vendicādos s. vsq̧ ad quadriennium tm̄ et nō vltra. vt C. quadri. pscriptio. l. j. et iaꝫ plenius. j. dicā. ciuitates. hic incipit sm̄ dictū. et dic ciuitates. s. queli/bet de quibus forte fuerat ille defunctus oriundus in quibus morabatur. nec audiendus. ita legitur. nec ciuitates audiendas esse. s. scire dꝫ. grauitas tua. s. ciui/tates. earuꝫ. s. rerū que fuerint alicu⁹ sine herede mor/tui. vendicandarꝫ ius. q. d. ꝙ dñium illarꝫ ad eos per/tineat. veluti. expressiuū est veritatis. sic et ponit. C. ex permissu. s. nostro. puta per rescriptū nostrū ꝙ sup pre/dictis habent ꝙ quidē rescriptū nō vꝫ. qr ad postula/tionem cōcessam fuerit. vt. j. de pe. bo. sub. l. j. secus aūt esset si proprio motu principis esset cōcessum. nā tunc valeret. vt. d. l. j. et iam. j. dicam. et deinceps. hoc incipit tertiū dictū et dic deinceps. i. amodo. quecunq̧. s. bona ꝙ ēt. j. intestatorꝫ. s. morientiū sine legitimo herede vl honorario successore. ciuitatib⁹. sub. et accipit ꝙ est. j. occupata esse cōperis. s. facta de hac inqsitione ex tuo officio sm̄ forma datā. j. e. l. si operent. i. pretextu et oc/casione priuilegiorꝫ suorꝫ. q̃ de dictis bonis vendican/dis habeāt a vobis. ad fiscū nrm̄. alia lra dicit. ad offm̄ nostrū. tunc expone. i. ad cōmodū nostrū. lꝫ prīa est ve/rior lra. eadē. s bona reuocare. i. retro vocare nō dubi/tes. qr dicta priuilegia nō valēt cū fuerint ad postula/tionē impetrantis cōcessa. sec⁹ si sine impetratione es/sent cōcessa vt de peti. bo. sub. l. j. Itē nō vꝫ dictū priui/
4 legiū. qr fisco dānosuꝫ est. vt. C. de preci. impera. offerē. hec dānosa ¶ † Et ex ista. l. colligunt plura. no. Pri/mū ꝙ quicūq̧ eligit ad dignitatē comitis rerū priua/taruꝫ. vel ad aliquā aliā dignitatē dꝫ esse honestus et grauis in sensu et in moribus. vt ita sciat. ea facere que ad dignitatē illā ptinēt. vt hac. l. in pnc. et ad hoc facit. ff. de offi. prefe. pre. l. vnica. § his cunabulis. ibi vbi di/cit bona fide et dignitate et c. Et ad hoc est arg. de offō
5 magi. l j. in fi. ¶ † Scdo no. in hac. l. ꝙ bona testatorū descendentiū sine hēde legitimo subaudio vel sine ho/norario. i. ptorio successore vel sine eo ꝙ aliqs alio iu/re ad dicta bona admittat illa talia bona pertinēt ad fiscū et non ad ciuitatē de qua fuit oriund⁹ vel in qua morabat ille q defunctus est ad ꝙ cōcor. j. e. l. vacantia quare autē diuerim tot tegrenda ad hoc vt ad fiscum possint ptinere d bona videre. nam siue per ius preto/riū siue per ius ciuile possit succedere in. d. bonis fisc⁹ excludit: vt hic. et ff de iu. fis. l. j. omnis pius. Itē et si ali/
6 quo iure aliqs possit admitti fiscus excludit. † Ecce
a enī si vxor defuncti superest admittat et fiscū excludit⁹ vt. C. vnde vir et vxor. l. vnica. Itē curia si defunct⁹ erat curialis vel coartalis: vel fabricēsis: vel si de societate nauiculariorꝫ: vel de aliqua simili societate: vel de ali/quo licito collegio nā tunc ciuitas vel societas colle/giū admittit et fisc⁹ excludit vt. C. de here. decur. coar. curia. et nauiculariorꝫ. l. j et per totū. et. C. de epis. et cleri. l. si qs presbiter. Itē socius liberalitatis seu donatio/nis imperialis preferē fisco. Si enī papa vel impator donauit castrū vel ciuitatē aliquib⁹ et vnus ex illis de/cesserit ab intestato sine successore admittit ad illā do/nationē soci⁹ illi⁹ donationis et fisc⁹ excludit vt. j. si li/beralitatis impialis socius. l. j. lib. x. Itē substitut⁹ vel coheres excludit fiscū. Si enī aliqs heres substitut⁹ decessit ante aditā hereditatē qui pdit hereditatē sub/stituti si sint vel coheres si substituti nō sint ad mittū/tur nō fiscus vt. C. de ca. tollē § his aūt ita. et §. seq. Itē
7 infinite psone fiscū excludūt † Si enim heres institut⁹ nō impleuit defuncti voluntatē infra annū cōmonit⁹ a iudice perdit hereditatē sed tūc dferē illa hereditas infinitis psonis q̃ excludūt fiscū vltio fiscus admittit vt in auth. de here. et fal § si qs autē nō implens. vsq̧ ad §. hinc nobis q̃ ponit. C. de fideicō. sup. l. fi. et incipit hic amplius ꝙ est verū qn dicta de cā auferē hēditas ab herede nā si alia d causa auferē hereditas tanq̄ ab in/digno vt qr nō esset capax vel simili de causa tūc statī fisco applicat vt. C. de his quib⁹ vt indig. l. hereditas et ff. de iu. fi. l. j. circa prin. qr ꝙ ab indigno auferē ap/
b plicat fisco⁹ vt. ff de inof. test. pap. § meminisse ¶ Ter/tio no. ꝙ trāsit hic in casu hui⁹. l. ad fiscū dñiū rerum sine apprehensione sm̄ vnū intellectū et ideo dicit hic ꝙ potest fiscus bona vacantia vēdicare qr dñs est ꝙ est speciale in fisco sic est et in ecclesia nam ex solo ɔtra/ctu cū eo facto querit ei dñiuꝫ ēt sine traditione vt. C. de sac san. ec. l. vlt. Sunt et alij casus in quib⁹ dñiuꝫ si/ne poss et apprehēsione querit qui ponunt. ff de publi/ciana. l. iij. regulr autē ɔtra est vt. C. de rei vē. l. seruum et ff. de rei vē. si agit qr traditionib⁹ et vsu. ec. vt. C. de pa.

a ¶ Excludit ad dē tm̄ bal. in ɔsi. clxxj. in j parte ꝙ dos et legi/tima pferē fisco. sꝫ fisc⁹ rē integraꝫ cōcis cū do/te et legiti/ma vende/re potest.

b ¶ Fisco ad de eundē d. Odofr. in. l. eorꝫ. C. de iu. fis et ꝙ ibidē ad h dictuꝫ fuit inapo/stil.

8 l.traditionibus. ¶ †Quarto notandū est q̄ ciuitates
nō succedūt decedētibus sine legitimo herede de iure
ciuili vel sine successore d iure ꝑtorio: vt hic q̄ multo
magis est verū in priuatis q̄ si id ꝯ quo magis vr̄ in
esse ꝛ nō inest multo ꝛ id de q̄ min⁹ ad q̄.ff.de interdi-
ctis.l.ij.§ quedā.ꝛ idē intelligo q̄ si aliqs delinquit
pp̄ q̄ dlictū ꝯ bona pdere q̄ bona eius nō pertineāt
a ad ciuitatē q̄ nulla ciuitas priuilegio fisci gaudet^a vt
ff.ad muni.l.simile.lꝫ de ꝯsuetudine ciuitatis sibi vsur
pent priuilegia fisci bona talium defunctoꝝ occupan
do solus ergo fiscus oībus ꝑdictis succedat vt hac.l.
ꝛ hec fm̄ hec iura Hodie autē nedum ex alijs causis
sed ex delicto etiā non cōfiscant̄ bona delinquentium
nisi in casib⁹ vt in aut.vt nulli iudi.§ fi.que ponit̄ ꝫ de
9 bo.dam.l.si.aut̄ bona ꝛ no.ꝫ.de iur.fis.li.vlt. ¶ †Vlti
mo no.q̄ rescriptū ad petitionē impetrātis cōcessum
nō vꝫ secus autē si sine impetratione cōcessum fuisset.
vt.j.de peti.bo.l.j.sic ꝛ alibi est dfia inter talia rescri-
pta.vt.ff.q̄ quisqꝫ iur.l.j.§ j.ꝛ.l.iij.in prin.Et est ratio
q̄ pp̄ necessitatē petentium cōcessa videnẗ vt.d.l.j.de
pos.bo.sub.ꝛ est alia rō in casu nostre.l.q̄ non valent
dicta rescripta.s.q̄ sunt fisco dānosa ꝛ sic nō valēt vt.
ꝫ.de preci.impe.offeren.l.nec damnosa. ¶ Ad.l.istam
opponit̄ ad id q̄ dicit nō valere priuilegia ciuitatib⁹
cōcessa,dicit enim.l.q̄ pragmatice sanctiones q̄ aliqd
priuilegiū speciali beneficio indulgent ciuitatib⁹ vel
scholis vel corporibus valent ꝛ firme sunt lꝫ iure cōi
aduersent̄ ꝛ iō non vr̄ obuiare q̄ legit̄.ꝫ de nouo. C.
cōfir.in fi ad cuius cōtra.distinctio.ita breuiter est di
cendū ibi loquit̄ de illis priuilegijs qui aliū nō lede-
bant hec aūt aliū ledebāt.s.ipm̄ fiscū ꝛ sic nō valēt vt.
ꝫ ꝯ ꝑci.impe.offer.l.nec dānosa.Vel ibi loquit̄ de his
priuilegijs que sine impetratione alicui ꝯcessa fuerūt
q̄ bene valēt vt in.l.ꝫ.ꝛ.l.pri.hic aūt loquit̄ de ꝑuile-
gijs his q̄ ad postula.petētiū ꝯcessa sunt que nō valēt
nec ciuitatib⁹ nec priuatis vt hic ꝛ.j.ꝯ pe bo.sub.l.j ꝛ
sic parificant̄ ciuitates priuatis vt hic ꝛ.ff de ver.sig.
cum qui.sed in pragmaticis sanctionib⁹ est differē.ia
inter ciuitates ꝛ priuatos: nā pragmatice sanctiones
cōcesse ciuitatib⁹ valent priuatis autē cōcesse nō valēt
vt.ꝫ de diuer.rescri.l.vlt ¶ Ad vnuꝫ aūt q̄.ꝫ.tetigi.
s.q̄ fiscus admittit̄ ad bona vacātia taliū decedentiū
de quib⁹ dicit hec.l.vsqꝫ ad q̄driennium tm̄ ꝛ nō vltra
aliquantulū insistendū ꝛ est videndū qualiter illud in
10 telligat̄ nam quedaꝫ.ll.dicūt q̄ prescribit̄ fisco vsqꝫ
ad quadriennium in bonis fisco deferēdis.quedā.ll.di-
cunt q̄ prescribit̄ vsqꝫ ad.xx.an quedā.ll.dicūt q̄ pre-
scribit̄ fisco iure cōi propterea sciendum est q̄ si bona
alicuius facta sunt vacantia: vt q̄ decessit aliquis ab
intestato nulliū ex aliqua sanguinis linea vel iur.arti-
culo relinquendo heredē vel successores vel relinquit
heredē sed aliqua ratione perdit hereditatē tūc enim
bona eius sunt vacantia.ꝛ tūc talis bona pñt nūciari
fisco per delatorē aliquē de quib⁹ delatorib⁹ habem⁹
j.ꝯ delatorib.ꝛ peti per ipsum fiscū j.xx.an.a die quo
bona fuerūt vacantia dinumerandos vt.ff de iu fis.l.
j § prescriptio.ꝛ de diuer.ꝛ tempo.prescri. l.in oībus
nisi aliqs inueniat̄ ꝯ bona possidere ꝛ tenere cū tit.nā
tūc iure cōi prescribit̄ ꝫ fiscū.vt.ff.de vsuc.l.q̄uis ad-
uersus. Facta aūt nūciatione ꝑdicta de .ꝯ. bonis va-
cātibus vl̄ de quadriennium petijt fiscus.ꝯ.bona vel ni
si j.quadriennium approbet ac ratificet nūciationē pre-
dictā ꝯ dictis bonis sibi postea fcāꝫ nō audit̄ vt.ꝫ.de
quadr.prescrip.l.j ꝛ.ff.ꝯ iu fis.l.ij.§ diuus pius. per q̄
apparet q̄ petitio ab alio facta noīe fisci de dictis bo
nis nō perpetuat ius fisci nisi fiscus talē petitionē vel
nunciationē approbet ac ratificet.j.quadriennium vt.ff.
de diuer ꝛ tēp prescri l inter quatuor.ꝛ.ꝯ § diu⁹ pius
ꝛ arg rē ra hab.l bonoꝝ.ꝛ ita ista nūciatio nō parifi-
cat̄ li cōtē q̄tū ad īterruptionē ꝑscri.vt ꝯ l. inter qua
tuor.lꝫ postq̄ fiscus j.quadrien approbauerit vel ra-
tificauerit nunciationē vel petitionē suo noīe factā ex
tūc perpetuū erit ius suū ꝛ vltra xx.an.vt.ff.de iu fis.
l.j §.cause lꝫ ꝛ si ille qui nunciauit preuaricatus fuit ꝛ
de ei⁹ ꝑuaricatione pbet̄ ꝯ eodē in ꝯ perpetratū esse
ius fisci.nec ꝑuaricatio ei nocebit.vt ff de iu fis.l.j § fi.
ꝛ ibi no ¶ Vltimo sciendū est q̄ fiscus hꝫ in hac.l.ius
speciale in bonis vacātib⁹ q̄ ad ipm̄ pertinēt ꝛ nō ad
ciuitatē etiā si priuilegiū sup hoc habeat ad postula-
Uniuersi. Si aliquis ad postulationẽ sui adeptus sit presidatũ vel aliquã dignitatẽ. nõ excusatur a publicis muneribꝰ psonalibus. sed legatus vniuersus excusatur.vt.s.l.pri.† Et sic no.q presidatus dignitas excusat. vt interim aliã dignitatẽ vel munera personalia nõ subeat.qd ẽ verũ si spõte.nõ etiã si data opa suscepit.vt.s de excu.mu.l.ij.quẽadmodũ ciuilia mu.l.j.ꝗ.de susceptori.l.diliitoribus als si data opa suscepit nõ excusat. vt hic.Itẽ excusat.l.tpa vac vt.s de mu.& ho.nõ cõti.l.j.&.l.ij.& dixi.s.quẽad.ciui. mu.l.iij.in curiali tñ munere nõ excusat.vt.s.de decur.l.nullus quolibet. nisi in quibusdã dignitatibus vt de decur.l.neminẽ.& ibi no.&.l.vlt.& pe.Et q dixi excusari a muneribus ciuilibus intelligo psonalibus nõ psi.s. de mune.pa.l.j.& ibi no. Uel pone scdo casum in pn. huius.l.sic.si aliqs accepit officiũ sub tali pacto vt nõ teneat suscipere munera psonalia nã tale pactũ eum nõ excusat a pcep.psonaliũ mu.ne pactione priuatorũ respu.ledat.vt.ff.de pac.l.ius pu.qd intelligo qñ debuit suscipere als si nõ debuit vʒ pactum nõ in casu isto sʒ vt sibi non pindicetur in alio officio.vt.s. de his qui sponte mu.susci.l.j. Uel dic tertio q quidã hñt officiũ & ppterea fuit sibi cõstitutũ qr pretiũ hʒ dr q nõ hʒ pso.mu.vac.vel exce.Fallit tñ in ambassatore.vt.s.e.l.ij.& legitur & alr in gl.

Si quod extraordinarium. Diuus impator mittit istã.l.oibus ciuitatis dicẽs quoties insurgit aliqua cã super qua vos vultis consulere cõuenatis oẽs simul:& in cõmuni loco tractetis idq nobis pponitis intimare. vt nos postea put decet consultatiõ nostris satisface valeamus.huius cã vel cõsultationes que per nos cõpleri debent pres vel prefectus.nõ se intermittat vt diffiniat illas.sed si per eũ expediri pñt.tunc ad eum mittuntur qui vestre satisfaciat questioni.Et rescriptũ qd nobis dʒ mitti:dʒ fieri in loco vbi tota vniuersitas conuocat.& id dʒ nobis inseri qd a maiori parte fuerit cõprobatũ.h.d. Et sm hoc dicit sñia.i.rescriptũ vel dicit sm9 huius.l. loquitur q si ciuitas vult ferre sñiam super aliquo facto dʒ fieri i loco cõi vbi ius redditur & vniuersitas cõuocatur.& qd a maiori parte fuerit approbatum illud seruetur als sumitur pro citatione.C.de epis & cle.

Quoties ab alexandria. Quoties vultis super questione aliqua nos cõsule pcipimus. vt oẽs decuriones & oẽs hoies ciuitatis meliores conueniant in vnũ in palatio ciuitatis.preter illos qui excusantur infirmitate corporis & firmetur qd ad nos dʒ mitti qd scriptum eorũ sit subscriptione roboratũ.& si expediat vt requirãtis prefectũ augustalem cõsilio eum formant ambassiare debeat ordinari ita fiat.h.d. Et sic est casus hic in quo nullus excusatur a personali munere isto:nisi propter infirmitatem licet multi sint aliũ casus excusandi.vt dixi.s quemadmodũ ci.mu.in.l.vlti. Sunt & alij casus in quibus nullus excusatur. vt.s.ex quib.cau.mu.l.j.&.ij.&.iij.

¶ De excusationibus artificum. Rubrica.

Artifices. In.l.ista cum duabus.l.se.impator concedit immunitatẽ munerũ personaliũ magistris mechanicarũ artium qui sunt nominati in.l duabus.se.& redditur ratio vt ipi magistri studeant super operibus & docere possint suos discipulos artes. h.d.& cõcor..ad hoc.s.de pro.se.& me.l.medicos in fine.

¶ De portionibus ad munera nominandis. Rubrica.

Summarium.

1 ¶ Digniores sunt eligendi ad officia,non autem indigni & insufficientes.

Si ipse. Pone quidam senex vel infirmus fuit vocatꝰ ad aliqd officiũ: excusat se dicẽs dñe vicinus est meus fortior sanior potentior ditior me:qr melius posset hoc seruitium exequi h.d.l.ista q iste iustam causam allegat vnde si nõ audiatur hor-
2 tatur ipm q appellet & prosequatur causam.h.d.† Et sic not.hic qd dignior est eligendus & vocandus ad officium. & qui possit aliquod officium expedire.vt de cas.lat.ti.l.precipi.l.de pn.agentibus in re-
3 bus l.in agentes.l si.Nõ autem indignus & insufficiensꝰ. vt.s.de ho.mu.non conti.l.j.in fi.& sic hic est vnum q consideratur in munere in-dicendo.sunt & alia.vt no.s. quemadmo.ciui. mune.l. a vlt.& pcor.s.huic.s.de decu.l.ad subeunda.&.l.ij.Sed vbi nõ est idoneus aliquis & indignꝰ als eligitur: vt dixi.s.quẽadmodũ ci. mu l.iij. & no.hic casum in quo quis excusatur a mu pso.sunt & alij no.s.quẽadmodũ ci.mu.l.vlt.in casibus tamẽ nullus excusatur a certis mu.vt.s.de le.l.quoties.s. ex quibus muneribus per totum & dixi.s.de mu.pa.l.j.

a ¶ Insufficiẽs. Adde feli.in c.cũ clerici §. de adult. circa fin.in versi. amplia l si. versi. de ius di.q electio facta de pa rũ lsato nõ ẽ,nulla spes q dicto effi ci possit.

¶ Si propter inimicitias creatio facta sit Rub.

Si ppter inimicitias. Pone ptãs erat inimicus mihi: cõmisit mihi aliqd officiũ dicit impator mihi ne timeas qr electio ista tibi non nocebit cuʒ electiones nõ debent fieri ex inimicitijs:sed fideliter ad vtilitatẽ reipu.debet celebrari.h.d.sic est hic casus in quo quis excusatur a munere.s.& alij.vt.s proxi.dixi.

¶ De sumptuum recuperatione. Rubrica.

Si muneribus ciuilibus. Dicit.l.ista si habeas.v filios viuentes excusant te a mu p.& ideo si vocatus fueris ad aliqd offiũ excusaris. si habes.v filios vt.s qui nume.libero rũ.l.nepotes.&.l.eos.sed si aliquis te elegerit poteris te excusare & oẽs sumptus quos fecisti in cã restõnis vel excusationis restituet tibi qui te elegerit ad offi. supradictum: & sic punitur nominator. vt & als.s.de si.ussa.l si.s.de conue.fis debi.l.quoniam.

Si quando die. Pone pater tuꝰ fuit electus in offiũ anteq susciperet illd offiũ: quero an tu qui es heres debeas ppterea cõueniri.& dr q preses prouincie hoc minime fieri patietur.sic no hic q onus ad heredem nõ trasit vt hic sicut nec priuilegium.qd dic vt.s.de excu mu.l.sordidorũ.in casibus tamen cõuenitur ex psona defuncti.vt.s.de periculo succes.parentis.l.vnica.

¶ De tabularijs scribis logographis et censualibus. Rubrica.

Nullus omnino. De tabularijs dr in.l presenti q nullus no debeat militare si de facto inueniret militare dũmodo nõ sit in militia per quinquenniũ si prius tñ officio restituatur:qr si per quinquenniũ militauerit reuocari nõ poterit:expone nõia notatorũ:vt in gl rub.Et continua rub.qr.s. de mu.& ho.dictũ est. sed qr sũt tabulariorũ diuersa nõia & officia de illis in rub annectit Et no.hic notariũ nõ debere esse militẽ sicut impedit in alijs officijs esse: ita q notarius maneat qd dic: vt.s. de discus.l.vlt dixi.nã duobus officijs quibus adherere non dʒ: vt dixi.s.e.l.proxi.

1 **Quincq decurionum.** Dr q si aliquis decurio efficeretur spon-
2 te notarius.qr nõ cogitur.perdit ordinẽ & dignitatẽ decurionatꝰ. igitur si accusabitur de falsa charta qm is sit decurio si inueniatur aliqd fecisse in officio suo.ppter q sit puniẽdus vel subijciẽdus questionibus ponatur ad questionẽ perinde ac si nõ esset decurio.& hanc condi.& statum quem & q sibi eligit. &c.h. d. Et sic no. q decurio non creatur notarius qr maius officiũ est & a maioribus nõ dʒ quis ad minꝰ vocari.vt.s.quẽab.ci.mu.l ij & iij. Si ergo efficiatur sponte non reducitur ad officiũ suum decurionatus supra de decurio.l.vniuersos sed perdit priuilegium decurionatus q est ne decurio questionibus subijciat. vt hic &.s. de decu,l. oẽs iudices. qr duo officia quis simul nõ dʒ habere.vt.i.de prox.sac.scri.l.hac parte.j. de agen.in rebus.l.agentes.

Generali. Dicit impator pcipimꝰ q si necesse fuerit alicui ciuitati q prouincie hre notarios ab eo q super hoc hʒ põt.vt est comes de patrico debeat ordinari.Scdo dicit q seruus non possit ad

notarie offi aspirare. et si dns vidés hoc facere ei permittat condénetur in quantú rei pu. interest. et seruus fustigetur in circuitu ciuitatis. et fustigatus cósistet.
b h. d. Et sic no. quod notarius vel seruus pub. dicat a seruiédo nó a seruitute. ná liber dz esse sicut decurio dz esse liber. vt. s. si seruus aut libertus. l. iij. et dixi. s. de libertinis. l. vlti. lib. xij.

b ¶ Public. Adde text. in l. non alienum ff. de adop.

PRedetas. Lex ista nominat quosdaz officiales quorú offic. et gl. exponens dicit q si desiderát sua officia et faciant se fieri notarios debent ab officio notarie remoueri. et ad pristina reduci officia que subire tenent rône paterna vel ad officia publica ppria vt s. de immu. l. filios. et l. se. s. de incol. l. priuilegio. et l. ciues. vel qui seipsos obligauerút ad ea. h. d. concor. s. de decu. exemplo. et l. filio. et l. filijs. et l. oés omnino. et l. ciuitatis. et l. qcúqs. et reducit ad pristiná cód. quantú ad onera nó quátú ad priuilegiá. vt. s. l. ij. notatu.

¶ De susceptoribus ppositis et archarijs. Rub.

NOnne. Alis icipit susceptores et dic ad euidentiá q susceptor dr ille qui collectas exigit et colligit. qui ita vocant in regno Apuli exercutor collectarú. bon. vocant massarij cóis. Dic ergo q imperator loquitur hic de huiusmodi collectorib' seu susceptoribus. et dicat eis o vos susceptores si veniat ad vos aliquis rusticus qui velit soluere collectá sibi impositá incontinenti recipiatis dummodo cógruo tpe offerat ne pp moram si differatis rusticus nó incurrat dispendiuz expensarú. alr si per vos steterit quin recipiatis si rusticus corá testibus protestet q collectá vult soluere et vos nó vultis recipere malo vestro velle recipiet apocham si deponat collectá in aliquo sancto loco. et erit securus adeo q si perdat pecu. preses prouincie vos eam cóppellet reddere duplicatá alr nisi pses sic vos puniet de suo proprio soluere cópellet. h. d. punietur taliter susceptor vt. s. de an. et tri. iudices. l. oés pensitare. et. s. de can. lar. ti. l. precipimus.

IUsta. Hoc fuit ab antiquis. l. statutú et nos etiá volumus vt si aliqs eligat aliqué in susceptoré pecunie publice si electus delinquat in officio nec inueniat soluédo esse in subsidiú nominator cóueniat et ad hoc facit. s. de conuen. fis. debi. l. qm̄. s. e. l. exactores. Scdo dicit q prohibet ne dictus nominator per se vel per aliú emat aliquid de bonis susceptoris. et hoc idea dicit imper. qr debemus certare cum alio quantú susceperit per q cótingeret si ab alijs emeret. et facit ad id quod dicit de nominator. l. debi. et l. vlti.

SUsceptores. Querit vtrum susceptor possit exigere collectas nouas presentis anni et veteres preteriti et dr q sic quod collecte noue accrescant veteribus. Hic dicit imperator q si aliqs fuit executor collecte vel massarius non dz iterato in eodé officio ordinari vbi de tpe preterito reddiderit rónem. Et est ratio qr si bene administrauit non dz iterato grauari. ar. gu. s. de decu. l. quis tam si male gessit esset fatuus cum iterú ordinari. volumus ergo quod omni anno rationes reddat sui officij qui et si male egit damnum recens poterit citius restituere. Item volumus q omni anno exactor mutet de nouo et alius ordinet nisi cósuetudo ciuitatis aut autoritas ordinis aut p biennium illud esse compellatur. h. d.

QUotiens. Si ali cui sit imposita collecta in auro pót in solidis soluere. dummodo hi faciant aureum. h. d. secus econtra vt. s. de coll. eris. l. vnica.

FRumenta. Ad euidentiá scias q de fruméto psta batur tributú et de omni victualie. p frumento conseruádo erat quedá domus vbi reponebat illud victuale q reponebat ad exercitú pro militibus. vel vendebat p stipendijs eorúdem vñ hic dr in l. presenti. si frumentú exhibet de horreis vbi est reconditú vt ad exercitú mittat prepositi horreorum pro faciant apochas de receptis: et deinde scribát in quaterno suo qntuz fruméti ad exercitú destinatú est. Scdo dicit impa. et pcepit q i domo pdicta nó recódat: nec misceat aliud pter victuale fiscale. h. d. et facit ad hoc. s. e. l. duos. et. s. ne qd in pu. l. vnica. lib. xij.

CLarissime. Alias incipit minime. alias diu innime et bñ. Et dic q susceptor tributorú nó dz diu penes se retinere collectas. sz incótinéti si pót mittat illas ad ppositú ordinatú sup collectis seruádis et recipit dis ab exactorib' tributorum. h. d. et de isto prepositis loqt. s. de cano. lar. ti. l. j. et ecordat huic. l. i. s. de auri pub psc. l. vnica.

EXactores. Dicit q exactores et susceptores tributorú debét eligi de cói voluntate omniú decurionú et deinde nomé ipsorum scribat puinciarum rectorib': et qui eos eligent exactores si male gerát et soluédo nó sint i subsidiú cóueniet. vt. s. e. iusta. l. h. d. Et sufficit hec maior pars decurionum. vt ar. de decu. l. nominationú. s. de le. l. si quidé. et l. quicunqs preses etiam hunc eligit. s. de cano. lar. ti. l. precipue.

MOdios. Dicit impa. nos pcipim' vt in qualibet puincia sint modij erei et lapidei et sextarij: vt sic tributarij sciát qd et qntum victualium soluere debeát mésurádo cum pdictis mensuris et dádo ad pdictam mésuram. sz et si susceptores victualium de quib' dr. s. e. l. frumeta psumpserint maiores habere mésuras iudicio officio punient. ¶ Tertium dicit qntum nomine victualium soluédú sit exactorib' a rusticis hominib' puinciarum. dicés q de fruméto ad pdictas mésuras soluant. s. de suscep. ordinatis ad predicta recipiéda. vt. s. e. l. exactores. de vino et lardo. xx. soluant ¶ Quarto dicit q homines de armenia qui satis distát. de fruméto habeát hác immunitaté vt amó de frumento soluant et de ordeo. xl. et de vino et lardo et oleo decimas quintas. h. d. Et sic no. q ab hominib' puinciarum soluant de fru. nomine tributorum. i. mésure de ordeo. xl. de vino et lardo. xv. mésure. et sic ratione vie longe remittit q alias non remitteretur qd hic. vt i glo.

SUsceptores. Dicit q susceptores victualiú scribere debét qntitatem victualium q soluerát róne terrarum suarum. et hanc scripturá faciant presentibus defensoribus ciuitatum h. d. l. ista.

SEcuritates. Supra dr q si recipiat ró a susceptorib' tributorum et inueniat i quaterno eorum p rónales q receperint tributa siue in vino siue i alijs speciebus illi q soluerút nó debét amó molestari et de oib' q patét susceptores soluétib' apochas fecisse dnt dicti susceptores soluétes liberari h. d. et ad hoc facit. s. de apochis pu. l. qcúqs et l. semel et l. securitatib'. et. s. de dig. l. ne tu. s. de naufra. l. p his. lib. xi.

SI aliquis. Dicit q susceptor siue notari' siue fuit in fraude inuét' siue decept'. i. p ptio corrupt' nó dz amplius illud officiuz gerere si fuerit sup fraude pdicta cóuictus. h. d. Et sic no. susceptores nó admitti iterato. vt. s. e. l. neminem. et l. q semel calúniat' est semp calúniari psumit instruct' insti. de suspe. tu. § nouissime. ff. de excu. si ciui. § i. de seru. l. iij. et dic hic vt no. s. de offi. magistri militú. l. p armeniá.

DUo. Dicit q duo notarij aumeratores et duo susceptores dnt in vniuersis puincijs ordinari. et sciat ille q aurum largitionale i. fiscale receperat q non dz aurum aliud habere cum eo imo separatim cóseruet et non reponat in archa vbi tenet rónes sz alibi et iudices puideant vt sic fiat qr si pdictá formam nó obseruauerint capitaliter punientur. h. d. Et sic no. fiscale aurum non debere misceri cú alio. sicut est in fruméto fiscali. vt. s. e. l. ij. in fi.

Summarium.

1 Fieri et Zhi multa impediunt q zeta seu facta tolli non possunt.
2 Dignitas vna sufficit alicui vt aliam non cogatur recipere.
3 A dignitate maiori ad minorem quis vocari non debet.

DEmilioribus. Scire debes q p vestimétis imperialib' imponebat collecta. vñ dr in l. psti. qr decuriones siue alij officiales curiales pp alia negotia curie imperialis q ibi hnt quotidie expedire sunt quotidie occupati volum' qd ipsi sint exépti ab alijs vilioib' officijs puta assumptióe collecte imposite p vestib' imperialib'. ná isti decurióes dnt ingrere de diligétia aliorum q ad alia offá ordinát: ne ipsi ordinarij grauét ¶ Ult. dicit q si pdicti decurióes habeát pdictú offiú collecte exigéde aú offiú decurionat'. et i illo pdicto offó
1 pseuerét qmo decurióes existát h. d. † Et sic no. h q tale qd ipedit faciédú siue zhédú q nó dirimit iá zetú. ná hoc decurionat' offiú h impedit offiú hńdú collecte impialiú vestimétorum hńdú sz iá habitú nó dissoluit vt h. Sic alr est i casu ná cecitas ipedit offiú hńdú vt s.
2 q morbo. l. j. li. x. Sz habitú nó dissoluit s decu. l. isfamia. † ¶ Itē no. q dignitas vna sufficit alicui vt aliá nó hēat. i. acq. qr sufficit hńde vni rei sufficere vt. s. s. asses. l. nlo. et s. s. postu. l. qsqs. et ff. s. pac. maiorē et dixi. s. s. dig. l. maior. Et sic róne vni' dignitatis excusat q ab alia habéda vt h. et dixi. s. s. le. l. vniuersi sz habita nó excusat. vt h et. s. s.
3 decu. l. null'. qualibet. et l. oés oino. et l. qcúqs. et l. vniuersos ¶ † Item nota

a no ꝙ a maiori dignitate non dʒ quis vocari ad minorē.ᵃ vt dicī.ĩ. quēmodū ci. mu.l.ij. Et si sponte se creari permittat ad minus offm̄ reducitur ad sui offm̄ pristinū in sui damnū nō in priuilegiū. vt.ĩ. de tab.l.ij.et.l.portas. Et intellige ꝙ ille qui habuit offm̄ recolligende collecte anteꝙ esset decurio ꝙ factus decurio retinet pristinū offm̄ et intelligo q̄tū ad dignitatē non q̄tum ad administrationē ne respu. minus plene dimitteretur arg.ĩ. de excusa.mune.l.eos.et.l.maximarū.in fi et.l.eam.et.ĩ.qñ et a qui.debe nij paro.l.vlt.§ pe Sunt tñ quedam officia et quibus depositis q̄tum ad administrationē deponuntur et q̄tum ad dignitatem et priuilegium. vt.ĩ.de profess. et me.l.j. et.ĩ.de excu.mu.l.j.

¶ De ponderatoribus et auri illatione. Rubrica.

AVrum siue. Precipit imperator ꝙ susceptor recipit aurū siue argentū ab eo qui vult soluere et prefes prouideat ne aliquis soluēs aurum dāmnificetur a susceptore falsis ponderibus ꝙ si fecerit totū de suo pprio ei dabit et ad hoc ʒcor.qd dr.ĩ e.l.j. Susceptor aūt qui falsa pondera facit punitr qi restituit ꝙ extorsit. ar.ĩ. de dis cus.l.j.et punitr in persona et rebus vt.ĩ de ʒdi in pu.horreis.l.nulli et ĩ de decu.l.qlibet. Scdo dicit ꝙ exactor tributoꝝ quicquid recipit a tributarijs comitibus in prouincia constitutis et a suis literis debeat intimare.h.d.

AVrum. Dicit ꝙ precipit impator. si receptores pecunie recipiunt collectā vel tributa paribus seu iustis et equalibus ponderibus id recipiāt. h.d. alias puniuntur:vt.ĩ.l.proxi dixi.

QVoties. Pone quidam vult soluere collectam in auro seu in argento susceptione inter eos est questio de bonitate auri: quid fiet: dicit impator veniat inter eos grecus campsor optimus qui sui cōstantia et industria predictam dirimat questionē: et ex tunc neqȝ soluens neqȝ recipiens poterit aliqd damnū sustinere. Et sic no.iudicandum per illum qui scit de illa arte. Sicut in metis agrorum terminandis atqȝ puniendis.ff.fi.regun.si irruptione.§ ad officium.ĩ.fi.reg.

¶ De auri publici persecutoribus. Rubrica.

AVri. Dr hic ꝙ receptores auri nō audeant de quo quere aurum publice seu in massam deducere neqȝ longo tempore penes se retineant sine licentia spāli: imo incontinenti cū receperint pecu. eam debeant reassignare re:pu nostre: vel illi cui est restitutio faciēda: vt ĩ de suscepto. l.vlt.et.l.clarissime. h.d. Et sic pōt hoc ꝙ officium susceptoris est scʒ exigere et offerre comitibus vel archi.vt publico:vt.ĩ de can lar.xi.l. j et.l.precipit.et aliud officium auri publici et de coquētis massam indeficientis vt.ĩ de decu.l.quilibet.

¶ De his que ex publica collatione illata sunt non vsurpandis. Rubrica.

NVllus. Nullus iudex audeat pecu. mutuar:. h.d. ʒcor.ĩ.de pu.l.his q ex pub.rō.pec. .u.ac. ?.l.j.ij.et.iij.

NVllus. Dr ꝙ nullus iudex pecuniā publicā que in archa publica cōseruatur vel pecuniam quā ex prouētibus sui officij recipit q̄ hʒ in scriptis debeat alicui mutuare. nisi ei super hoc concessa licentia ab excellencia principis facit.ĩ.l.proxi.

SCiant. Judices scire debent ꝙ publicam pecuniā in suis vtilitatibus non liceat eis conuertere: si contrafecerint grauiter puniuntur.

¶ De auro coronario. Rubrica.

AD collationem. Non solū fit collecta pro vestibus: sed etiaʒ ipsius corona ideq de hoc dicit Dicitur autem in.l.ista ꝙ si collecta fiat pro corona impatoris nullus alius soluere debet nisi qui soluere consueuit. Et sic collecta huius non est patrealis quia sic omnibus prestaretur: vt.ĩ. de mu pa.l.j.et dixi.ĩ.ex quibus mu.et ho.l.j.et.l.ij et.j.de priuile domus aug.l.ij.

¶ De irenarchis. Rubrica.

OVi ad prouincialium. Dicitur ꝙ ea staldiones siue nuntij communis debent a consiliarijs curie eligi:nam isti creantur propter communem vtilitatem et pacem.

¶ De argenti pretio quod in thesaurum infertur. Rubrica.

IVbemus. Dicitur ꝙ si aliqs debet soluere argentum et pro argēto vult soluere aurum audiatur. ita tamen ꝙ pro qualibet libra argenti decē aureos soluat. h.d. et continua ꝙ dicit de collecta eris et auri dicit.vt.ĩ. de coll.eris. l.vnica.ĩ.de suscept.l.quicunqȝ.

a ¶ Ad minorem. Adde text.in.l. vt gradati. §. sed si.l.j. de mu.et ho. et in.l. q vtilis ff. de neg. gest.

¶ Explicit Liber decimus. Sequitur vndecimus.

¶ De naukularijs. Rubrica.

PVllam vim. Rubricā cōtinua vt l gl. et casum sic pone dñs impator erat in obsidiōe hostis et deliberauit ꝙ de cremona et de partibus illis veniret frumentū et ordeū in nauibus ad exercitū ipsius quē in pdicta obsidione habebat sup hoc q̄ cōposuit istā: et dicit ita volumus ꝙ naute et marinarij qui deferunt victualia in nauibus ad exercitus nostrū nullā patiantur iniuriam ab aliquibus seu iactura.et q̄diu pdicta victualia deferūt eis aliqua exactio vel collecte nō imponātur.imo si aliquis tēptauerit eos molestare volumus eū ʒdēnare in.x.l.in fe curie cōfiscādis.h d ¶ Inhibet g.l.ista pdictis nauicularijs vim inferri ĩ dicto.l.ista. et ꝙ dixi eos excusari a muneribus intelligo psonalibus.et dū in actu sunt. vt. ff. de iur. Imm.l.semp §.negotia.cf actus nō excusant.ar. ĩ de pfes.et me.l.j.ĩ.de excu.mu.l.j. Lʒ quidā etiā deposito offō retineāt priuilegiū vt no.ĩ.de suscep.l.humiliorib⁹. A muneribus aūt pſimonialib⁹ nō excusantur ēt in actu existētes .vt.ĩ.de mu.pfi.l. qui imu. Et de istis nauicularijs et eoꝝ īmunitate dic in glo.

COmperimus. Scire deben ꝙ portulari⁹ Sicilie assignat frumentū siue ordeū nauigatoribus deferentibus illud ad exercitū imperatoris:et in exercitu quidā est deputatus qui marescallus vocatur cui assignatur ordeū et frumentū et victualia vñ qi imperator intellexit ꝙ nauigatores frumentū et ordeū et victualia eis tradita vendunt. et deinde negotiātur et in suas vtilitas ʒuertunt. pcipit vt.j.annū numerandū a die susceptionis predictoꝝ victualiū marescallo exercitus debeant psentare et assignare. et super hoc recipiant apochā ab eodē que apocha diem assignationis ʒtineat. et.j.an.alteꝝ predictā apochā dño portulario Sicilie restituant.h.d. Et sic nota ꝙ sicut pecunia publica nō dʒ mutuari.sic nec victualia publica dēt distrahi. vt inde negotiatio fiat sine licētia spāli:vt.ĩ.de his q.ex pu,re.l.j.ij.et.iij. odo.

AB his. Qr qñqȝ aliqui frumentuʒ surripiūt nauicularijs deferentibus victualia in nauibus ad exercitū impatoris.dr ꝙ isti tales si in rapina fuerint deprehensi pena quadrupli puniātur.ita ꝙ totū quadruplum in pena tantūmodo computetur.

CVm nauariorū. Scire debes ꝙ in mari sunt pyrate.vt de illis nō timeant nauigātes associāt se multe nauicule.et faciūt conseruam vndiqȝ pacte qd nauigatores qui deferebant in nauibus frumentū ad exercitū timebant de pyratis siue de cursalibus qui erāt de partibus oriētis.iuerūt isti ad quandā insulam que valde erat amena et bonū portū habebat puta ad insulam paricianā. que est prope Gaietam vbi naues cōsueuerunt morari:et inuenerūt ibidē plures naues volētes ire ad exercitū impeciālē ad quē debebant deferre frumentū: et transigerūt cū eis.qd improprie dr trāsigere.vt in lfa dr vt in cōserua deberent ire insimul ille nauicule nō obseruata pmissione q̄ fecerāt pmitus nauigauerūt et istos non expectauerunt.vnde prefectus qui erat in partibus illis qi voluit vtilitati curie prouidere. timens ne illi possent incidere in manibus pyratarum precepit hostibus qui erant in partibus illis oriētis vt predictū frumentum in eoꝝ periculum deferrent ad exercitū supradictū.et dictis hostibus statuit certū qd pro salario quod pro mercedula vocabatur. Vñ tunc

perator alloquitur prefecto ₇ laudat studiū suū sup
hoc qd̄ fecit negotio supradicto. h.d. ₇ ita facit hec.l.
ad hoc vt de bono quis debeat cōmendari. sic ₇ econ-
tra de malo opere quis debeat puniri ₇ vituperari: ₇
hoc est qd̄ legit in passione dn̄i si male locutus sum
testimoniū perhibe de malo. si aūt bene qd me cedis.
q.d. nō bene facis. ₇ ad hoc. s. de sum. tri. l. inter claras
§. respon. ₇ s. de epi. ₇ cle. l. cū venerabilis. C. de of. rec.
proui. l. iij. de questo. l. vnica. ff. de custo. ₇ exhi. re. l. di
uus in fine.

Oli fiscales. Quandoq₃ acci-
dit q̄ imperator
mittit frumentū de Apulia apud Vene-
tias ad vendendū ₇ opponitur naucleriꝰ
in naui q̄ vendat dictū frumentū: qui quādoq₃ nō va
dit per viam rectam in mari: vt deꝫ fieri: s₃ diuertit ad
aliam viam vt si postea malo velle suo ad alias partes
vadat forte in sclauoniā. ₇ sic ibi opꝫ eū forte frumen
tum vendere p̄tio vtiliori q̄ Venetijs vendidisset. h
imperator probibet fieri in. l. predicta. dicens q̄ talis
nauclerius qui dn̄s nauis vocatur capite puniat. h.d.
Et sic no. q̄ recta via sequenda est: nec est discedendū
ab illa. vnde Salomon fili non egrediaris terminos
vel fines quos posuerant patres antiqui. Fures enim
₇ latrones querūt angulos. ₇ nō simplices: ₇ ad hoc.
C. si vt ab hereditate se abstineāt. l. j. ¶ Legitur scd̄o
modo q̄ nauis alio interuertendi frumentū publicū
non debet alibi ire ₇ frumentū interuertere vendēdo
₇ negotiando: al's capite punitur: ₇ ad hoc concor. s.
e. l. comperimus.

Iudices. Cum esset bonū ₇ p̄spe-
rum tp̄s ad nauigandū
in quo p̄spere posset optime nauigari q̄-
dam iudex in loco ₇ diocesi vbi erat nauis
dolose ₇ fraudulenter fuasit nauigeris q̄ tp̄s nauigā
di non erat p̄pter hiemē que erat valde propinqua: ₇
sic forsan interuersum fuit frumentū publicum quod
fieri nō debet. vt. s. l. p̄xi. Vel exercitus habuit defe-
ctum hoc impator p̄hibet fieri precipiens iudicibus
loci. vbi nauis erat: alijs ₇ municipibus. i. castris ₇ vi
lis vbi erat nauis hec qd̄ talia non faciant ₇ si cōtra
fecerint in amissione propriorū eorum mulctentur et
etiam nauicatores si circa hoc in fraudem aliquam
deprehensi fuerint perpetuo deportentur.

¶ De predijs. Rubrica.

Summarium.

1 ¶ Imperator quandoq₃ iure priuati vtitur.
2 Res fisco obligate etiam tacite, si alienentur reuoca-
ri possunt.
3 Donatio facta reuocatur per liberorū superuenien-
tiam: al's non nisi immensa fuerit.
Vēdita res transfert in emptorē cū onere suo. ₇ nu. 5.
4

Annone. Alias incip. ₇ domū.
rubricā cōtinua ₇ sic
q̄ supradixit de nauicularijs publicā-
rū specierꝫ. qualiter se in officio suo de
beant habere. verū q₂ si male se habeāt
predia ₇ eorꝫ res sunt reipu. obligate.
vt. s. ti. proxi. l. vl. ₇ in rub. q̄ met. cau. verꝫ q₂ dictū nō
est de eorꝫ predijs ₇ bonis qualiter sit in eis procedē-
dū p̄pter qd̄ ponit rubricam de predijs ₇c. ¶ Casum
aūt dic ita nauicularius publicarum specierꝫ donauit
rem aliquā imperatori puta domū. iste nauicularius
male se habuit in offō suo dicit impator. volumus q̄
domus q̄ nobis donauit nauicularius postq̄ inuen-
tus est obnoxius nobis auferat. ₇ in actibus fisci vna
8 cū alijs rebus suis ponat h.d. ¶ † Et sic no. q̄ impa-
tor iure p̄uatorꝫ vtit. q₂ sicut priuatis tales res aufe
rent ₇ fisco applicarent. ita impatori auferē a p̄rimonio
suo ₇ applicabit p̄rimonio fiscali. sic als vtit iure p̄ua
2 torꝫ. s. de exac. trib. l. si diuina dom⁹. ¶ † Scd̄o no. q̄
res obligata fisco tacite vt hic est res nauclerij reuo-
cat q̄ itelligo si donauit postq̄ fact⁹ fuit nauclerius.
q₂ ex tūc res ē fisco tacite obligata. ₇ reuocat si delin-
quat. q₂ res ipsa in fraudē alienatur: nā ₇ al's reperit in
alio casu. q₂ res donata curie obligata reuocat q̄tū ē
ius curie. vt. s. de spo. lu. descrip. l. vni. s. q̄ñ ₇ q. in ... pro
pe. l. j. ij. ₇ iij. ₇ s. de p̄di. cur. l. j. ₇. ij. ₇. l. vl. Sꝫ si anq̄ eēt
nauclerꝰ donasset ₇ sic anq̄ eēt fis. obliga. nec eꝰ debi

a ¶ Lege si
vnq̄. An ₇
qñ virtute.
l. si vnq̄ do
natio reuo-
cari possit:
₇ qñ non et
an. d. l. renū
tiari possit.
vide. d. bar.
sozi in ɔsil.
cxlvij. ₇ cir
ca. iij. ₇ vlt.
cū vsi. se. l. j.
pte. ₇ an fa-
cultas reuo
cādi tollat
p clāꝫ p̄di
cta p̄misit
attēdere ob
seruare ₇c.
vide do. pe.
phil. cor. in
ɔsi cxxvj. in
ista p. ₇ o. in
j. pte ₇ num.
qd p supue
mentiā filio
rū iuxta. d.
l. si vnq̄ re-
uocari pos-
sit ₇ qñ. vid
do. alex. de
imo. ɔsi xl.
in vj. col in
iiij pte. vbi
late tractat
de l: illectu
d. l. ₇ an ha-
beat locū l
fi. ijs spurij
vel nature-
libus super
uenientibus
₇ vide p eū
in ɔsi lxxij.
ea. pte. ₇ in
ɔsi. cij m ij.
co. in. ij pte.

b ¶ Trāsire.
adde eūdē i
l. j. s. de spo.
lucra descri.
nu. ix. ₇ qd
ibidē dictū
fuit in apo.

3 tor, donatio nō reuocaretur s. de iure fis. l. j. † In casu tñ donatio fa-
cta reuocat. ₇ si facta sit anteq̄ debeat putas si qs natis postea qui
nō superant tempore donationis. ₇ sic eis nihil debebat reuocat q̄
immēse tñ fuit donatū vt. C. de inoffi. do. l. si totas C. de reuo. do. l. si
a vnq̄. s₃ nō al's reuocāt nisi sit immense donatū. vt. s. de testa. mili. l.
q̄ a pte. ₇ C. de reuo. do. l. j. ₇. l. vlti. in fin. ¶ Circa autē reuocationes
alienationū aliorꝫ creditorꝫ dic vt. insti. de actio. § itē si qs in fradeꝫ.

Nobis. Scire debes q̄ offiū nauigādi specie publi
cas q̄busdā personis iniungit q̄ nauicularij
nuncupant. ₇ isti nauicularij diuersa habēt officia vt. s. ti.
proxi. in rub. no. Et borū nauicularium res sunt fisco obli
gate pro eorum administratione legitime exercenda. vt. s. l. proxi. di-
xi. Pone ergo q̄ nauicularius aliquā rem suā alicui vendidit. Dein
de in officio male se habuit nauicularius ita factus est debitor fisci.
q̄rit an vēditio dicte rei facta a nauiculario valeat et possit reuoca-
ri a fis. q̄si nō teneat. vel an emptor huiꝰ rei quasi emptor nauicularij
sit q₂ rem emit ab eo possit conueniri ad debitum q̄ nauicularius pe
nes fis. contraxit ex mala gestione. et respondetur q̄ emptor dicte rei
nō succedit loco nauicularij vt ad totū debitū nauicularij conueniat
et totum patrimoniū emptoris quasi sit nauicularius sit fisc. tacite
obligatū. q₂ nō persona mercatoris id est emptoris est oneri nauicu
larie astricta. sed ipsa res nauicularij. vt incōueniens esset dicere q̄ p
pter modicē rei nauicularij emptionē emptor esset nauicular⁹ fact⁹
₇ sic p cōsequens eius totū patrimoniū oneri nauicularie obligatur
4 † vnde dicit q̄ res trāsit cū onere suo. vt de acquirendo rerū domi-
nio. l. traditio. et ideo cū nauicular⁹ rei sue sit domin⁹ licet res sit fis.
obligata apparet q̄ vendendo et tradendo traffert in emptorē do
miniū rei empte cū onere suo tñ. vt s. de pac. l. traditionib⁹. insti. de
re. di. § p traditionē. ideo apparet q̄ valeat vēditio dicte rei. sed tan-
q̄ obligata possit reuocari a fis. pro debito nauicularij supradicti. re
si suo patrimonio emptoris libere ₇ l vnū seruādo. ¶ Secūdo dici
tur q̄ nauicularius alicui vēdidit turres aliquas q̄ iacebāt magis
ad decorē ciuitatis q̄ ad alios fruct⁹ postea fruct⁹ ad loc⁹ augmen
tat⁹ est nūqd emptor cōueniet et debito nauicularij in quantū vꝫ
nunc res empta vel in quātū valebat tempore emptionis ex quo pe
cunia ab ēptore soluta fuit. et dicit q̄ nō tp⁹ p̄sēs. s₃ temp⁹ solutiōis
pecunie et emptiōis speculabit. vt s₃ id tēp⁹ ad rei extimationē. et
ad p̄tiū conueniat ēptor. ¶ Tertio dicit q̄ dictū est in domo cona.
id est in alijs reb⁹ nauicularij vēditis infructiferis tpe ɔct⁹ q̄ licet
nūc sint facte fructificere nō scd̄ꝫ qd̄ nūc sūt. s₃ sm q̄ erāt tpe ɔct⁹ res
petent nauicularij suscipere pub. fūctiōes. hoc dicit. Et sic no. q̄ na-
uicular⁹ pōt rē suā vēdere. s₃ cū onere suo. vt hic. ₇. s. l. proxi. sec⁹ in de
curione q sine p̄sidis decreto nō vēdit. s. de p̄. cur. l. j. et. ij. et. iij.

Si qui. Pone nauicular⁹ vēdidit aliquod prediū
alicui de quo exsoluebat annuū tributū. di-
citur q̄ emptor illius predij tenebat soluere fis. tributum
predictū p̄ut nauicular⁹ exsoluebat: vt si venditor fecerit
pactū cū emptore vt emptor nō teneat tributa soluere s₃ vēditor pactū
quantū in fis. preiudiciū nullius erat momenti. imo q̄ plus est si em
ptor minus idoneus reperiat ad predictū tributū soluere. tunc ven-
ditor: itē p̄ nauicularius si magis sit idoneus primo poterit conue-
5 niri ad exsolutionē tributi. hoc dicit. † Et sic nota. hic rē cū suo onere
b trāsire⁹ et ad hoc est. s. l. proxi. et teneri debere tributū. vt. s. l. pe. ideo
qs possessor conuenit: vt hic et ad hoc. s. sine cēsu vel reli. l. vlt. ff. de
pub. l. impatores et de hoc dixi. ff. de vsufru. le. l. q̄ro. Et q̄ dicit hic
venditorē a fis. cōueniri si sit magis idone⁹ dicūt quidā ad preterita
tributa nō aūt ad futura. Sꝫ ls hoc singulariter verū sit tñ in naui-
culariis puto spāle: vt etiā ad futura teneantur si sint magis idonei
q₂ vendendo rem obligatam fisco quodammodo delinquunt: ₇ ideo
puniuntur in hoc vt imputetur eis si minus idonee vendunt. Alij
ponunt casum huius. l. in fin. qd̄ emptor magis idoneus primo con-
uenitur ad preterita tributa quā possessor. s₃ in subsidiū peruenitur
ad nauicularium quod intelligo etiā pro futuris tributis. i. que debē
tur post venditionem contractam est tamē casus in quo possessor no
uus nō tenetur ad tributa preterita vt. s. de si instru. ₇ iure aste fis. l. si
quis proscribente. item est alius vbi nullo mō tenetur ad aliqua tri-
buta etiā pro tempore futuro si venditor tenetur. vt. s. de fundis pa-
tri. vel pro tempore futuro. l. ius emphyteoticum. s. de fundis rei p.
l. vlti. ₇ dic. vt no. in sūma archiepiscopi hedun. de iure emphy. §. vl-
ti. in versi. itē quero quis cogitur.

¶ De nauibus nō excusandis. Rubrica.

Multi. Dicit impator habentes multi naues impo
nūt nomē sui dn̄ij suis nauib⁹. dicētes aliorꝫ
magistratuū naues esse q̄ munite sūt sue: puta marchio-
nis vel alteri⁹ magni h ideo p̄tēdētes ne dicte naues du
cant ad militiā nostrorꝫ et nostrā trāsuectionē ₇ eorū no
strarū. ideo q₂ hoc fieri p̄hibem⁹. et si qs cōfecerit falsum titu noui
sue applicando ipsa confiscabitur. nam cum nemini naues prohi-
beamus

beamus hic equū est vt necessitate nostra vel nostrorum egente qui na
ues hūt dictarum nauium vehendarū bona debeant sustinere.h.d.con
cor.ff.l pri.ꝯ.ex qui.bo.vel mu.l.j.ꝛ d.ti.ꝯ.de mu.pa.l.j.

Lubemus. Dicit impator ꝙ oēs hñtes nauē vel vltra duos modios capacē nobis ꝛ militibus eant obuiam quando ab exercitu nostro veniunt pro eis ꝛ rebus eorum ferendis.ꝛ nullus ecclesiasti co priuilegio vel alio ab isto munere se excuset ꝛ qui contrafecerit na uis sua confiscabitur.h.d.ꝛ concor.ꝯ.l.pri.

¶ Ne quid oneri publico imponatur. Rubrica.

Oneri publico. Precipit imperator qđ nullus victualia alicuius priuati in naue q̄ defert victualia publica inferat.nec iudex aliquis nauiculariū ad hoc pellat ꝙ si fecerit et nauis postea naufragiū sustinuerit iudex picula hec subibit ꝛ insuper arbitrio superioris iudicis punietur. h.d.Et sic nota ꝙ nil immisceri dz cū publicis speciebus:vt hic.ꝛ.ꝯ. de suscep.l.frumenta.ꝛ l.duos lib x.ꝛ continua rubricam qr supra di ctum est de nauicularijs:ꝛ de nauibus non excusandis.sed qr quan doq̄ nauicularij cogebantur cum publicis rebus p̄uatas deferre:p hibet.ꝛ tō est rubrica ne qđ ꝛc.ꝛ meli⁹ eēt ista ꝯtinuatio in p̄n.hu⁹.l.

¶ De naufragio. Rubrica.

Si quando. Post vehitionē publicarum specierum de quibus.ꝯ.p̄misit.ti.de nauicu larijs ꝛ duob⁹.ti.seq̄n.ꝛ post eam specierū naufragiū de q̄ ꝯ.ti.pri.dictū est id̄ de vehitiōe specierum p̄uatarum videndū ē sz qr de hoc satis tractatū est in superiorib⁹ ti.de exerci toria ꝛ ꝙ cū eo ꝛ similibus nō dicit de illis verum qr actione predicta rū vehitionū quādoq̄ priuate res naufragiū patiūtur post naufragiū puplicarum specierum de naufragijs priuatorum dicit.ꝛ ideo ponit rubricā de naufragijs.¶ Casus aūt est talis. cōtingit quādoq̄ ꝙ ppter nimiā pōderositatē mercium nauis patitur naufragiū ideoq̄ mercatorū merces q̄ in naue erāt pyciūtur in terrā.sup quo impator loquitur ꝛ phibet ꝙ p̄dictas res nullus audeat tāgere etiā fiscus sed merca toribus referuntur.qr nō est equū ꝙ fisc⁹ de tā lucroso dāno debeat sibi acquirere lucrū.h.d.Et sic no.ꝙ cū alterius iactura quis non dz lucrari vt hic.ꝛ.ff de ꝯdic indebiti.l.nam natura ꝛ punitur hic inua dens vt ꝯ de fur.aut.nauigia.

Si quis nauicularius. Si nauta patitur naufragiū dz ire ad iudicē loci vbi naufragiū passus est: ꝛ hoc i.annū faciat ꝛ ei denūtiet de naufragio ꝛ pbet.quo fctō iudex dz inquirere de rebus nauis.ꝛ ad quos puenire potuerūt.ꝛ ꝙ inuenit restitui faciet.ꝛ nisi.i.annū nauta dictū iudici requisierit in stātia huius negotij.cursu anni pculdubio deperibit.ꝛ sic qui ppo nit actionē in factū ex edicto de naufragio dz.i.annū a tpe naufra gij hoc facere ꝛ pbare ꝛ cām agere.alr instātia perijt hic.sed reqūtr triennio in alijs causis durat instantia.vt ꝯ.de iudi.l.properandum ꝛ dic vt ibi.vel dic aliter.vt in glo.hic posita.

Nauicularijs. Alr incipit quoties ꝛ bene.ca sus aūt est talis dicit impator ꝙ si aliqs iudex vult ingrere verū aliqs nauclerius fue rit passus naufragiū ꝛ qd de rebus suis habeat pro ve ritatē inquirat a duobus vel tribus de magistris nauis.ꝛ inde fctis eorum ꝛ inquirat veritatē a duob⁹ vel tribus nauicularijs.ꝛ si isti mor tui sunt inquirat a filijs naucleriorum veritatē ꝛ a scutiferis eorum q in naue morabātur cū eis.ꝛ ita studeat iudex. qr predictū negotiū sine tarditate qualibet expediat.i.annū.vt l.pri.ꝛ no.de veritate queren da sic.ff de eden.l.ij.

In his. Que semel. Pone tributarius frumentorum de qbus hz.ꝯ. de suscep.l.modios soluerūt susceptori tributa frumentaria q̄ soluere tenebātur.susce ptor frumentū huius misit in nauibus vt aliquid ad ex ercitū mitteret vel alibi portaret. vt.ꝯ.de nauicula. per totū. naues passe sunt naufragiū vel sunt submerse.querit an tributarij vlterius teneātur ad solutionē p̄dicti frumenti.cū iā soluissent.dr ꝙ non,h.d. concor ꝯ de suscep.l.si ciuitates.ꝛ.ff.de reg.iur.l.bona fides.

De submersis. Lex ista p̄cipit ꝙ iudex loci vbi naufragiū fuit diligēter ol occasione remota. inquirat de naufragio.ꝛ si inuenerit aliqua bona vel res passi naufragiū aliquē hr̄e illa restitui faciat naufragiū passo.ꝛ si qs illa hz ꝛ nō vult restituere eū pu niat pena q̄ viderit expedire.si sup p̄dicto negotio corā p̄dicto iudi ce interpellatio vel libelli porrectio facta fuerit dcm nego.i. biennuū stu deat terminare.ꝙ si nō fecerit ꝛ biennū elapsum pro iudicio vitiū fuerit ꝛ sic nauicular⁹ vel qlibet ali⁹ de naufragio accusabitur absolut⁹ fuerit ab obs̄uatiōe iudicij iudex p̄dictus medietatem dāni ꝙ pro hoc actori accidit resarciat ꝛ offālis eiusdē aliā ptē.h.d.ꝛ sic no.hic bien nio finiri instantiā ꝙ est contra.l.ꝯ de iudi ppperandum sed videtur quod anno finiri debeat instantia.vt supra. c.l.ij ad quod dic quod

illa.l loquitur qn̄ actoris culpa defertur esse instantiā.ꝛ
tūc finitur anno hec loquitur qn̄ iudicis culpa defertur cā ꝛ
sic biēnio finitur.sic est in cā appellationis q̄ anno finitur.
Sed si facto iudicis finiri defertur ꝓrelatur cām aliū an
nū.vt in aut.de his q ingre.ad ap.§ ij col.v.qđ dic vt
in aut.de ap §.ad hoc col.iiij.agebatur de naufragio.sz
in.l.ꝯtra loquitur qn̄ ciuiliter agebatur actiōe in factū. ꝛ tūc
nō est hic aliqđ spāle ꝯ.l.pperandū.qr instātia criālis
a cāe dz finiri biēnio⁹. vt.ꝯ. vt.i. certū tp̄s qđ criālis.l. a
vlt.si ciuilis triēnio vt in.l. pperādū ꝛ in ciuili si agatur
ad simplū durat triēnio instātia vt ppetua actio.Sz
si ad quadruplū agitur anno duratur. vt.i.in l. necessa
ria.ꝯ.e.l ij.ꝛ que pena imponatur.h.d.vt.ꝯ e.l.j.

Super naufragijs. Nauis portans frumentū curie ad prefectū q frumentū ꝛ victualia oīno ex pte curie pcipie bat passa est naufragiū ꝛ sic predictū frumentū p̄ditū est dr impator p̄fecto,o p̄fecte caueas tibi ne scribas te predictū frumentū perditū recepisse. qr illud volu mus per nauiculariū restitui si culpa sua naufragium accidit.vel pone scđo ꝙ marinarij timore ducti ne na uis periret pp pōderositatem de frumēto publico pie cerūt in mare.sup quo loquitur impator p̄fecto ne quod perijt se recepisse ꝯfiteatur : qr damnū datū a nauicula rijs eorum culpa resarcire dēt nauicularij.h.d ad p̄mā ꝛ scđam positionē ꝯcordat.qr a marinarijs dānū datū resarcitur ꝛ nihilominus pñt puniri ꝛ ꝯ.l.pri.Ad se cundā positionē ꝯcor ꝙ naute nō dēt nimis pondera re naues.vt sic pp hoc damnū accidere possit vt ꝯ tit. pri l.vnica. Et no. hic ꝙ prefectus recipit bladū pu blicum in loco suo sunt ꝛ alij qui recipiūt.vt.ꝯ.de cō di.in pu hor.l.j ꝯ de nauicula l ij Odofre.

¶ De metallarijs ꝛ metallis ꝛ procuratoribus metallo. Rubrica.

Summarium.

1 Metalli nomen generale est pro quocunq̄ me
tallorum genere.
2 Vendere quādoq̄ quis cogitur regulariter tamē cōtra.

Pensa. Supra dictū ē de nau
fragijs:sed qr naufra
gia quādoq̄ contingūt ppter metalla q̄ por
tātur in nauibus. ideo dicit de his ꝛ qr in
metalli collectione procuratores cōstituūtur ideo de
his ponit.vel alr.ꝯ dictū est de diuersis gñibus spe
cierum que in nauibus deferūtur. Sed qr inter ceteras
spēs metallū pretiosius reputur.ideo de his dr.ꝛ de p
sonis metallū colligentibus.i.de metallarijs sine qui b
bus nō pōt haberi metallū.ꝛ de pcuratoribus ꝯstitu
e ideo ad colligendā metalli collectā:ꝛ de his dr i.e.l.
1 cū procuratores†ꝛ est nomen metalli gñale pro oī me
tallo:auro:ꝛ argento ferro.plūbo ꝛ stanno.ꝛ similibus.
Casum aūt dic ꝙ mittit hāc.l.crescētio comiti metal
lorum. vbi tria dr.primū ꝙ quicunq̄ vult fodere metal
lū admittitur ad illud offitiū.scđo vt p̄stet fisco pp hu
ius offitiū.viij. scrupulos.i. vncias que in publico ars
in.p. balluca ponātur.i.in publica vtilitate ꝛ archa p
comitē predictū Tertio vt si vltra.viij scrupulos in
uenerit fodiēs metallū.id suū sit. sed vēdere cogatur fi
2 sco illud p p̄tio iusto.h.d.† ꝛ sic no.ꝙ cogitur qs vēde
b re ꝙ sinū est⁹ regulr ꝯ.ꝯ de iure deli.l.nec emere.sed vt
nō.viij.scrupulos. Sed introitū xiiij.vnci.de.vij.p̄sta
ri.vt.i.l.proxi.ꝛ.l per annos solue vt in glo.

Cuncti metallū. Si aliquis fodiat metallū,dz p̄sta re pro qualibet libra metalli. viij. vncias ballucae si est ꝯsuetudo in illa puincia vbi foditur terra ꝙ qlibz libra fisco p̄stari nā ꝯsuetudo cuiusq̄ cunq̄ loci suāda est vt ff ꝙ cuiusq̄ vniuersi l.Itē eo rū:i.de iure reipu.l.vlt.h.d si aūt nō esset ꝯsuetudo tm̄ prestari:p̄starentur tm̄.viij sic soluitur ꝯ.ꝯ.e l j.Alij dicūt vt plac.dr hic appellari.xiiij.vncias vt faciāt tm̄ q̄tū viij.p̄dicte ꝛ nō plus sed p̄ma placet qd si balluca di xi ꝯ.e.l.j.mitti hucusq̄ dictū est qn̄ aliqs fodit metal lū in loco publico.hic aūt loquitur qn̄ in loco p̄uato:ꝛ est casus talis:ꝙ si aliqs fodiat metallū in agro alieni⁹ p̄uati:ꝛ ei⁹ ꝙ inuenerit p̄stabit fisco.x. aliā dño illius fūdi residuū suū erit h d. Sed ꝯ.ꝯ.e l.j vbi p̄stat viij. scrupulos tm̄:solū ibi faciebat i publico hic ꝛ in p̄ua

a ¶ Biēnio. vid iasma. i.l.pperan dū de iudi. nu j.ꝛ qd in cāis ciuili bus vid ibi dē p eū nu. ij ꝛ nu.xvij ꝛ an ꝛ qn̄ in stātia triēn nij currere i ciplat vide ibidē p eū nu. vij. ꝛ in l.si quidem eo ti. nu j.ꝛ qd si statu tū dispōat ꝙ cāe ciui. i.vj dies ter minentur ibi dē nu.viij.ꝛ ibi nōnulla alia ad ma teriam.

b ¶ Est.adde ias ma isti. de act i p̄n. nu ij.ꝛ.nūe. iiij. vbi po nit ꝙ si pro missi nō ven dere alij q̄ tibi an ꝛ qn̄ inuit⁹ ex ta li p̄missiōe ad venden dū tibi cō pelli possis posito ꝙ a lij vendere nō velim. ꝛ an ꝛ qn̄ ꝛ in qb⁹ casibus vendere vel emere quis cogatur. vide fel.in.c si. ꝯ iudeis.post p̄n.ver.not. ꝙ si vnus ꝛ satius in. c. i.co.ti.vers. vlt no ꝛ vi de Ang. in ꝯti.eccl̄j. in i.col.

to. Sȝ videt q metallū totū sit dñi fūdi nā als si qs i
ueniat thes. in fūdo meo data opera tot⁹ est thes. me⁹.
vt ff de acq. re. do l. iiij. et insti. de rerū di. §. thes. Scdo
aliō in thes. q requirit vt ibi aliō in metallo q fodit ⁊
finditur vt hic nā et alias aliud ieruat in metallo. qꝛ
pōt fodi ētiā inuito dn̄o: q speciale est in casu. vt. i. l. q
fdā. sȝ thes. in fūdo priuati eo inuito queri nō potest.

Cum pcuratores.

Procuratores q ordinant ad recipiēdā collectā ipsoꝝ q so
duāt metallū. vt. ꝫ. e. l. j. debēt ordinari a cu-
rialib⁹ illi⁹ loci vbi fodit metallū hoc in pmo. Scdo di
cit. si hi pcu. fugiāt timore hui⁹ officij: qꝛ forte erant
grauati h offm̄ sustinere qd debeant reduci et restitui
pstino labori. Ultimo dicit q isti pcu. nō debēt dimit
tere hoc offm̄ ptextu alteri⁹ oneris sibi delati quousqꝫ
istō offm̄ adimpleuerint. h. d. cōcor. hic titu. pri l ēt nā
et loquit ista lex de ultima pte rubri. et no. q nō tenet
qs suscipe offm̄ dū hȝ aliō ad q facit qd no. ꝫ. de leg.
j. l. vmnerū.

> ❧ Collecte vide ad materiā bal. in ꝯs. cxij. l ij. pte vbi pōit an et quāto tpe gabelle pscribant i ꝯs xliij. ea pte vbi pōit an vectigalia pscribi possint. de q ēt in ꝯs. cclxx. l. iiij. pte et nunquid passagia salina. et pedagia ⁊ cetera pscribāt vt de p eū iꝯs. ccclv. in. v. pte.

Per annos.

Duenusqꝫ deīs est qd iuris qn̄ aliqs fodit
metallū aliqd pter aurꝝ. vnde dicit q si ali
qs fodiat aurꝝ: nūc vltra di qd iurȝ si aliqs
fodiat aurū singulis ānis dȝ pstare sis. viij. scrupulos
Sȝ nō dicit p libra vł p singulis dragmis h nō solū
locū habeat i puincia vbi solitū est fodi aurꝝ vt in pō
turaꝫ sȝ i oīb⁹ alijs puīcijs vbi fodit aurꝝ vt i africa.
h dicit. Sȝ videt. viij. scrupulos esse pstādos. vt. ꝫ. e. l.
j. Scdo ibi loquit de alio metallo. hic in auro.

Quosdā.

Ista lex vult obuiare mali
cijs quorūdā fodiētiū me
tallū: nā qdā foditores metalloꝝ veniebāt
sub⁹ dom⁹ alicui⁹ quē nō diligebāt et dice
bāt ibi eē metallū vł marmora ⁊ sic fodiēdo destrue
rēt domū lex ista phibet ne talia ptex. fodiēdi metalla
vł marmora. edes alicui⁹ destruāt vł fodiant ibi. h. d.
Et sic no. malicijs obuiādū. sic. ff de rei vē l fūdo. Itē
no ptex. liciti illicitū nō cōmitti. Sic. ꝫ. de sa. san. eccle.
l. q sub ptextu. ꝫ. de epis. et cleri. l. cū qm pbabilem.

Summarium.

1 ❧ Iuri publico pscribi aliquo tpe non pōt.
2 Prescribi an possit ꝫ rempub. latissime distinguit et
nu. seq. vsqꝫ ad. l. fi.
3 Prestationibus extraordinarijs an pscribat. et seq.
5 Ciuitas, municipiū, et sil. pōt imponere collectas
10 Seruitus discōtinua nō pscribit nisi tāto tpe cui⁹ me
moria nō sit in ꝯriū limita vt ibi.
11 Prescriptio. tot requi qt sūt pstatiōes qnō itelligat.
L. fi. C. de sacro. eccle. an sit correcta in ciuitate sicut in
eccl̄a. per aut. quas actiones eo titul.
14 Alienatiōe interdicta, interdictus censet omnis act⁹
per quē peruenit ad alienationem.
15 Pactū nudū q̄uis actionē nō piat tn̄ exceptionē pit.

Metallarij.

Dicit lex ista si metal
larī⁹ vł metallaria di
miserit ꝯditionē suā et fugerit dȝ restitui ⁊
reduci ad locū ppriū. vnde recessit et pstino
labori restitui et nō so. n̄ ipsi sed etiā eorū filij. ⁊ lȝ lon
gissimo tpe i fuga fuerint nō tn̄ possūt se aliqua tpis
prescriptione tueri qm̄ pristine cōditioni restituant. lȝ
facti essent tributarij impatoris vel aliud offm̄ susce
pissent. h. d. cōcor. ꝫ. e. l. cū pcura. ff de ser. fug. l. manci
1 pia. et sile est de decre. l. oēs oīno. † et no. hic iuri pub.
nō prescribi aliquo tpe vt hic et. ꝫ. de decre. ab or. fa. l.
si quis decurio. et de ps. xxx. an. l. oēs ⁊ l. cōpetit. j. de
fabricē. l. iiij ꝫ ne rei dñice vel tēploꝝ. l. j. ⁊. j. de agri. ⁊
cē. l cū satis. ꝫ. de vsu ⁊ h. l. iiij. j. de fundis limitosis ⁊
certis pa. l. iij ⁊ de coar. l. ordinarioꝝ j. de fundis rei
pri. l vł⁹ ff. de falsis q sīn. j. de fun. rei pri. l. vsus aque
que sūt spālia regulr ꝫ. nā reipu pscribit. vt. ꝫ de pres.
xxx. an. l. oēs. ⁊ l. omne ius ⁊ qꝛ ꝯctare hāc materiā vti
le est ⁊ bonū qꝛ in iure valde reperitur diffusum. ideo
2 ad euidentiā ⁊ eius noticiam sic distinguitur † qꝛ cuȝ
qrit an ꝫ tēpu. possit presceri. distingue. qꝛ aut tractat
de eacquirē. liber. ꝫ rēpub. aut de cōstituenda seruitu
te iure publi aut de re corporali ipsi⁹ reipu. prescribē
da. Si de acquirenda liber. contra rempub vtpꝫ est con
tra debitas sūctiones immunitatem prescribere. aut
tractat de ordinarijs pstationibus vt q̄ prestant in signū vniuersa
lis iurisdictiōis vt sunt collecte ordinarie q̄ oībus imponūtur ppo
sitio munerū psonaliū. vt pstatio tributoꝝ q̄ ab oībus fit. a qbus ēt
ecclesia nō excusat nec alius. vt. ꝫ. de sac. san eccle. l. placet. ꝫ. de epis. ⁊
cle. l. his. ꝫ. si pp pu. pen. l. vlt. vt. ꝫ de mune. patri. l. j. ⁊ per totū. ⁊ tūc
nullo tpe rescribitur reipu. sic intelligitur hec. l. cū suis sororibus su
perius aūt no. latis ⁊ extra de elec. cum cām que inter. h. pbrꝝ ⁊ extra
de testi. c. j. ⁊ hoc verꝝ est nisi aliqs impetret rescriptū. vt dēpto cano
ne ⁊ adempto vel diminuto pdia possidere possit tūc em̄. xl. an. pscri
bit. vt. j. de fundis pri. l. iubemus. fallit in quibusdā fundi. prio qui
nullo tpe pnt pscribi. qꝛ illorum alienatio est sicut pscripto interdi
cta. vt. j. de fun. pri. l. nulli. Itē hec vera sunt in pncipalib⁹ psonis. nā
in liberis qui ascripti sunt. vt. ꝫ. de decu. l. exēpla ⁊. l. i filijs nō suffi
cit. xl. an pscrip. quin munus pfimonij subeant. vt. ꝫ de decu l si me.
lȝ als sunt rōne pſne originis astricti. vt. ꝫ. ad muni. l. filios. ꝫ de in
3 col. l. puilegio † aut tractat de ex̄ordina. prestationibus vt sunt colle
a cte⁴ q̄ imponūtur villis ⁊ municipijs ad certū tps ⁊ p certis rebus
vt. ff de mu. ⁊ ho. l. cū muneris ⁊ aliqbus imponūtur aliqbus nō. qꝛ
mulieres ⁊ alij puilegiati nō pstant. vt. ff. de mu. ⁊ ho. l. iij. §. j. ⁊. l. vlt.
§. pe. ff. de va. ⁊ ex̄. mu. l. his muneribus⁹. §. ij ⁊. l. sunt mūera. vt. ꝫ. de mu.
pa. l. j. no. vt est ēt vectigalis pstatio. ⁊ tūc pscribit fm magis ⁊ mi
nus. qꝛ qñqꝫ xx. an. inter absentes vel x. inter psentes. qñqꝫ. xl. qñqꝫ. l.
qñqꝫ. lx. Sic intelligūtur. ll ꝫ de pscrip. xxx. an. l. omne ius. ⁊. l. oēs. ⁊
ff. de diuer. ⁊ tem. pre. l. in oībus. ⁊. ff. de pub. ⁊ vecti. l. licitatio. §. de ca
